


# Catulli Carmina

Gaius Valerius Catullus and Robinson



Rights for this book: [Public domain in the USA](#).

This edition is published by Project Gutenberg.

Originally [issued by Project Gutenberg](#) on 2007-11-02. To support the work of Project Gutenberg, visit their [Donation Page](#).

This free ebook has been produced by [GITenberg](#), a program of the [Free Ebook Foundation](#). If you have corrections or improvements to make to this ebook, or you want to use the source files for this ebook, visit [the book's github repository](#). You can support the work of the Free Ebook Foundation at their [Contributors Page](#).

The Project Gutenberg EBook of Catulli Carmina, by  
C. Valerius Catullus and Robinson Ellis

This eBook is for the use of anyone anywhere at no cost and with  
almost no restrictions whatsoever. You may copy it, give it away or  
re-use it under the terms of the Project Gutenberg License included  
with this eBook or online at [www.gutenberg.org](http://www.gutenberg.org)

Title: Catulli Carmina

Author: C. Valerius Catullus  
Robinson Ellis

Release Date: November 2, 2007 [EBook #23294]

Language: Latin

\*\*\* START OF THIS PROJECT GUTENBERG EBOOK CATULLI CARMINA \*\*\*

Produced by Louise Hope, David Starner and the Online  
Distributed Proofreading Team at <http://www.pgdp.net>

Raris locis littera “v” pro “u” scripta tacite mutata est. Alii errores imminatione  
muris notati sunt.

# SCRIPTORUM CLASSICORUM

# BIBLIOTHECA OXONIENSIS



OXONII

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

LONDINI ET NOVI EBORACI  
APUD HUMPHREDUM MILFORD

---

## CATVLLI CARMINA

RECOGNOVIT  
BREVIQVE ADNOTATIONE CRITICA INSTRVXIT

ROBINSON ELLIS

LITTERARVM LATINARVM PROFESSOR PVBLICVS APVD OXONIENSES

OXONII

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

---

FIRST PUBLISHED 1904  
REPRINTED 1910, 1919, 1923, 1928, 1937  
PRINTED IN GREAT BRITAIN

**Carmina:**

I, II, III, IV, V, VI, VII, VIII, IX, X,  
XI, XII, XIII, XIV, XV, XVI, XVII,  
XXI, XXII, XXIII, XXIV, XXV, XXVI, XXVII, XXVIII, XXIX, XXX,  
XXXI, XXXII, XXXIII, XXXIV, XXXV, XXXVI, XXXVII, XXXVIII, XXXIX, XL,  
XLI, XLII, XLIII, XLIV, XLV, XLVI, XLVII, XLVIII, XLIX, L,  
LI, LII, LIII, LIV, LV, LVI, LVII, LVIII, LIX, LX,  
LXI, LXII, LXIII, LXIV, LXV, LXVI, LXVII, LXVIII, LXIX, LXX,  
LXXI, LXXII, LXXIII, LXXIV, LXXV, LXXVI, LXXVII, LXXVIII, LXXIX, LXXX,  
LXXXI, LXXXII, LXXXIII, LXXXIV, LXXXV, LXXXVI, LXXXVII, LXXXVIII, LXXXIX, XC,  
XCI, XCII, XCIII, XCIV, XCV, XCVI, XCVII, XCVIII, XCIX, C,  
CI, CII, CIII, CIV, CV, CVI, CVII, CVIII, CIX, CX,  
CXI, CXII, CXIII, CXIV, CXV, CXVI

**Fragmenta:**

I, II, III, IV, V, VI, VII, VIII, IX, X, XI, XII, XIII, XIV

**PRAEFATIO**

CATULLI carminum, praeter unum LXII quod Epithalamion inscribitur incipitque *Vesper adest, iuuenes consurgite, Vesper Olympo*, seruatum est autem in Anthologia carminum Latinorum Thuanea (Bibl. Paris. 8071, saec. ix), perierat inter litteratos notitia donec ineunte demum saec. xiv inuentus est a *Compatriota* <sup>1</sup> quodam h.e. Veronensi, incertum quo anno, qua regione terrarum, codex qui fons uidetur esse eorum qui nunc extant

omnium. Ex hoc codice non multo post creditur uersus aliquot intulisse in *Compendium suum moralium notabilium* Hieremias Iudex de Montagnone ciuis Patauinus; ex hoc is qui inter *Flores Moralium Auctoritatum* (quem libellum Detlefsen inuenit, scriptus est autem a. 1329 Veronae) haec habet Catulli *De errore. Catullus ad Varum. Quem non in aliqua re (uidere om.) Suffenum possis suus cuique attributus est error. Sed non uidemus mantice quod in tergo est.* Etiam Mussato, poetae Patauino, innotuisse credo eum codicem, qui in Elegia qua gratias egit Academiae Patauinorum quod se laurea coronasset scripserit *Carmine sub nostro, cupidi lasciuia Catulli Lesbia, dulce tibi nulla susurrat auis*, ut taceam alia quae in Mussati carminibus ex Catullo trahi poterant. Obiit autem Mussatus a. 1329 mense Maio<sup>2</sup>. Deinde duobus locis Catulli corpus carminum respexit, duobus ipsos uersus (i. 1, 2; i. 5-7) citauit in libro *de Originibus Rerum*, Gulielmus Pastrengicus (1295-1360) amicus Petrarcae. Iam ipse Petrarca non solum Catullum in carminibus et nominauit et paene ad uerbum imitatus est, uelut lxxvi. 23-26 sic expressit Sonnetti 1.50 ed. Mestica *Non prego già, né puote aver piú loco, Che mesuratamente il mio cor arda, Ma che sua parte abbia costei del foco* (Schwabe, *Testimon.* p. xv, ed. 1886), sed duodecim fere locos attulit ex eius carminibus siue in opusculis post impressos, siue in Vergili codice quodam enotatos quem itinerum comitem secum habebat (De Nolahac *Pétrarque et l'Humanisme*, p. 139), nec dubium est Catulli eum codice usum esse qui et prius esset et semper ad manum lecturo. Huius aequalis Boccatus (†1375) de amatoriis poetis loquens sui temporis Catulli et Properti eos uolumina euoluere autumat (Schwabe, *Testimon.* p. xv). Ac notum iam Catulli librum fuisse ex tribus constat epistulis Coluci Salutati (†1406) scriptis anno 1374, quorum in una Beneuenutum de Imola, in duabus Casparam de Broaspinis implorat ut Catulli exemplar ad se transmittendum curet.

Haec ex editione maiore attuli ut demonstrarem ab ineunte fere saec. xiv poetae nostri carmina saltem in Italia lecta fuisse. Sed miro casu nec satis explorato factum est ut quaecumque horum exemplaria colligimus uel fuisse in manibus Mussati, Pastrengici, Petrarcae uel praesto fuisse ceteris quos intra annos 1323-1375 Catullum legisse ueri simile est, omnia deperdita et ex hominum memoria ac cognitione sublata sint.

Anno 1375 exaratus est codex Sangermanensis (G), nunc Parisinus 14137, quo non habemus ueteriorem. De eo scribe haec dicit 'Tu lector quicumque ad cuius manus hic libellus obuenerit, scriptori da ueniam si tibi corruptus uidebitur. Quoniam a corruptissimo exemplari transcripsit, non enim quodpiam aliud extabat, unde posset libelli huius habere copiam exemplandi.' Credidit igitur id quod non debebat credere, unum tunc extare exemplar Catullianorum carminum, id unum se transcribere. At iam ante annum 1329 Catullus innotuerat Mussato, breui post laudatus fuerat a Pastrengico; Petrarcae integrum exemplar praesto fuit, ex quo hauriret quae uel imitatus sit in carminibus suis uel in codicem suum Vergili tamquam hunc explicaturus rettulerit; nec potest dubitari quae ante annum 1374 adeo peruulgarentur ut inde Boccati aequales traherent suis usibus idonea, Petrarca modo uersus citaret in Latinis opusculis, modo Maronianos uersus illustraret

similia ex Catullo in Vergili codicem enotans, modo amoris sui sensus Italico sermone exprimeret Catulli imitatus carmina ad Lesbiam, non uno tantum codice tum extare, sed fusius legi, postquam codex ille quem initio fere saec. xiv compatriota Veronensis inuenerat Catullum popularibus suis quasi ex mortuis rediuium restituisset. Quis enim credat, Petrarcae praesertim aetate, adeo incuriosos Veronenses fuisse ut poetam suum quasi rursus sepultum sinerent latere? Quid? non uniuersis Italis μέλημα futurum erat? Itaque Germanensi non ideo praecipua danda fides est quod ex uno tum superstitute exemplari descriptus fuerit (uix enim sciri id quidem potuit), sed quod aetate propius accessit ad codicem quem Veronensis circa initium saeculi xiv inuenerat quam ceteri quos nunc habemus codices.

Germanensem proxime aetate attingens Oxoniensis est Canonicianus Lat. 30, qui quamuis annum quo scriptus est prae se non ferat, aut eiusdem est aeui cum Germanensi, aut certe anno 1400 non recentior.

Hi duo codices *G* et *O* nonnullis locis contra ceteros codices ita conspirant ut maiorem antiquitatem testentur. XI 3 ut *GO*, ubi *plerique*; XXXVIII 2 male si me *GO*, male est si me *plerique*; LXI 169 hac tibi *GO*, ac tibi *plerique*; LXVII 12 istius *GO*, isti *plerique*; LXXVI 11 qui tui animo offirmas *GO*, qui tu animo affirmas *plerique*; CII 1 ab antiquo *GO*, ab amico *plerique*.

Praeterea LXIV 136 crudeles mentes *O et prius G*, crudelis mentis *plerique*; LXIV 145 adipisci *O*, *prius G*, apisci *plerique*; LXIV 249 tamen prospectans *O*, tamen præspectans *G*, tamen aspectans *plerique*.

Sunt alii loci in quibus cum *GO* tertius codex *R(omanus)*, Vat. Ottob. 1829, contra ceteros singularem lectionem praestat. LXVII 12 istius *GOR*, isti *plerique*; LXXVI 11 qui tui animo offirmas *GOR*, qui tu animo affirmas *plerique*; LXXVI 18 extremo *GOR*, extrema *plerique*; XXII 4 puto esse ego *GOR*, puto ego esse *plerique*; XXIII 2 nec cimex al. neque araneus *O*, nec cimex animal neque araneus *GR*; XLII 14 potes quid esse *GOR*, potest quid esse *plerique*; XLVI 3 aureis *GO*, aureis *R*; LV 18 tenens *GO*, teneñs *R*; LXI 16 iunia *GOR*, uinia uel iu(l)lia *reliqui*; 146 ni *GOR*, ne *plerique*; LXIV 227 obscurata *GO*, obscuratā *R*; 392 certatum *GOR*, certatim *plerique*; 393 lacti *O*, *G m. pr.*, lacti al. leti *R*, l(a)eti *plerique*.

Sunt alii loci ubi ex *R* confirmatur lectio quam aut solus aut cum paucissimis praestat *O*; X 3 tunc *O et R m. pr.*, tum *G*; LV 11 quedam *OR*, quendam *plerique*; LXIV 224 infulso *O*, infulso *R*, infuso *plerique*; 282 aurea *OR*, aura *plerique*.

Sunt alii ubi *R* singulares lectiones solus habet. IV 4, 5 siue... siue *R*, sine... sine *ceteri*; 20 uocare<sup>t</sup>ura *R m. pr.*, uocare cura *plerique*; X 13 non al. nec facerent *R*, non al. nec faceret *G*, nec faceret *O*; XLVII 4 preposuit *R solus*, proposuit *cett.*; XLIX 7 omniums patronus (*ex patronum*) *R*, omnium patronus uel patronum *cett.*; LXI 159 homine *R*, omine *cett.*;



LXVI 59 ne solum in mumine celi *R*, in numine *plerique*; 63 ad *flāma marg.* templa *R*, ad templa *cett.*; LXXIII 4 *obstetque magisque magis R*, *obestque magisque magis GO*, *stetque magisque magis plerique*; LXVIII 115 *tereretur R*, *terreretur O*, *treeretur G*.

In uniuersum uere mihi uidetur de *R* iudicasse qui eum anno 1896 primus in lucem protulit, Americanus, Gulielmus Gardner Hale. Censet enim huic codici siue propter aetatem (circa 1400) siue propter lectiones quae in eo reperiuntur optimae, primum locum neque *G* neque *O* inferiorem attribuendum esse. Itaque in Catulli crisi praecipue semper considerandum erit quid hi tres (*GOR*), necdum correcti, praebeant. Sed in hac editione, quamquam, permittente ipso qui codicem *R* primus inuenit, non dubitavi quae potiora uisa sunt inter ceterorum codicum lectiones proferre, non sum ausus omnia uulgare, ne inuenti sui gloriam auctori uiderer praeripere; cuius integra collatio ab ipso demum exspectanda erit.

Ad *R* mira proximitate accedit *Venetus* Sancti Marci (cod. Lat. xii. 80), ita tamen ut aliquanto recentius scriptus fuerit. Hunc codicem, ut Germanensem Chatelainius anno 1890, heliotypica arte expressum edidit Constantinus Nigra anno 1893.

Post *GOR*, aetate qui proximus est, *B(ononiensis)*, cum finitus sit anno secundo Iohannis xxiii, h.e. 1411-12 A.D., ceteris posset haberi praestabilior, nisi tot tantasque passus esset correctiones ut non raro uix dinoscatur quid uetus scribe exararit, quid emendator intulerit. Qua in re fortuna tamen nos aliqua ex parte adiuuit: duo enim codices *Laurentianus I* (Plut. xxxiii. 13) et *Vaticanus* 1630, tam arta cognatione cum *B* cohaerent, ut ex eis saepe colligatur quid in *B* fuerit. Et *La*<sup>1</sup> quidem non diu post *B* uidetur descriptus; *Vat.* 1630 recentior, neque a me in hoc libello exhibetur. Ceterum non parui sunt quae peculiaria in *BLa*<sup>1</sup> extant; quorum partem hic pono. LXV 14 *Dauilas BLa*<sup>1</sup>, *Bauilla O*, *Bauilas ex Bauila G*, *Daulias Catullus*; LXVI 5 *sublamia B*, *sublamina O*, *sublimia G et plerique*, sub *Latmia Catullus*; LXIV 211 *erectum La*<sup>1</sup>, *errectum B m. pr.*, *ereptum plerique*, *Erechtheum Catullus*; LXVI 25 atque ego certe *BLa*<sup>1</sup>, at ego certe *GOR et plerique*.

Quae quoniam ad ueritatem aut propius accedunt aut possunt accedere (uelut LXVI 25) quam *GOR*, ab alio fonte uidentur deriuata atque hi fuerunt. Hoc dico: codicis eius principalis siue archetypi quem *Veronensis* (siue carta ea siue papyrus fuit) ante 1323 inuenerat, nonaginta annis intercedentibus, ita uariasse apographa ut non semper in uetustissimis, sed interdum etiam in recentioribus, qualia sunt *BLa*<sup>1</sup>, melius ac fidelius repraesentetur id quod in archetypo illo traditum fuerat. Hinc credo explicari tot alternantes lectiones quae in *G* et *R* reperiuntur; quae ut ab archetypis diuerse interpretantibus sine dubio ortae sunt, ita ex archetypo non ipso semper, sed apographis eius depromi poterant, qualia inter 1323 et 1375 quo anno descriptus est *G*, exarata esse credibile est. Non igitur mirum si et in *C(olbertino)* et in *A(mbrosiano)* atque adeo in *D(atano)*, quamuis *CA* medio fere saec. xv, *D* non ante 1463 descriptus fuerit, interdum

extant uestigia lectionum quae ceteris codicibus antiquiora et sinceriora sint. Duo exempla affero quae instar erunt omnium. LXXII 6 quod uulgo editur *Multo mi tamen es uilior et leuior*, codices sic tradiderunt, *Multo ita me nec uilior et leuior*. Solus C habet, *multo "me" ita nec uilior et leuior*, quo significatur transponendum esse *me*: uidelicet post *ita* rursus *me* repetendum erat, *multo me ita me u. e. l.* Itaque non *multo mi tamen es* sed *multo mei tamen es* reponendum erit; *mei* enim datiuus est LXXVII 3 *sicine subrepsti mei*, fortasse etiam XXXVII 11 *puella nam mei*, ubi codices habent *me*. Alterum exemplum est XXXIV 23 *solitas es A*, in quo latere antiquum morem scribendi *solita's* intellexit Lucianus Mueller: a quo non longe abest unicum illud quod habet R XLIX 7 *omniums* quod non immerito ad ipsum archetypon redire existimauit is qui codicem inuenit, Gulielmus Gardner Hale. Atque utinam huiusmodi essent plura quae in eo extant codice; haberemus certiore ad archetypon redintegrandum uiam: quamquam ne sic quidem ad ipsius Catulli manum iretur.

De *Datano* fusius dixi in ed. maiore Prolegg. pp. xxxi-xxxv. Is quia nonnulla habet quae ab Italis interpolata sint, uelut LXVIII 47 (qui uersus deest in sincerioribus), XCV 9 in fine uersus *laboris*, LXV 12 *canam* ubi ceteri *tegam*, a nonnullis editoribus hodie repudiatur. Est tamen ea species in uniuersum Datani, quae non modo peculiaris dicenda sit, sed praesertim si orthographiam spectes, incorruptam uetustatem prae se ferens; quare Lachmanno hic potissimum dignus habitus est quem cum uno altero totum exhiberet in ed. sua anni 1829, neque ego, qui Lachmanni crisin semper habuerim plurimi, umquam a me impetrare potui ut, Baehrensio potius et Munroni obsecutus propter pauca quae codex is habet uitia, uniuersum neglegerem abiceremque. Huius compar consimilisque codex est Musei Britannici, Add. 11,915, quem in ed. maiore littera *a* signaui.

Ex his decem codicibus plerumque constabit quid in Veronensis archetypo scriptum fuerit, non ut hinc restitui putes ueram manum Catulli.

Fuerit enim diuersa carminum recensio, ut ex LXII patet, quod quemadmodum legitur in Thuaneo apographo saeculi ix, non semper consentit cum codicibus saec. xiv, xv.

His adiunxi alios quorum fides plerumque integra uisa est, in primis Laurentianum secundum (Plut. xxxiii cod. 12), Parisinum 7989, Harleianos duo, quorum alter 2574 (*h*) saepe consentit cum Oxoniensi (*O*), alter (4094) post Tibullum Propertiumque habet Catulli LXI, LXII, II, X, V-IX, XI-XVII 14, duo Phillippicos, alterum 9591, scriptum anno 1453 (nunc Bodl. Lat. Class. e. 17), alterum 3364 (nunc Bodl. Lat. Class. e. 15); praeterea, quamquam minoris aestimandos, Caesenatem saec. xv exeuntis, Carpentoractensem (*Carpentras*) 357, Brixianum A vii. 7, Riccardianum 2242, Parmensem 716, Perusinum (*p*) qui idem Cuiacianus fuerat Scaligeri, nunc est inter libros Samuelis Allen, Dublinensis; praeterea codicem quendam Gualteri Ashburner, olim inter socios collegii Mertonensis apud Oxonienses, continentem Catull. I-LXI 127 et quaedam Tibulli. Hos rarius tantum excerpsi, praeter Laur. xxxiii. 12, Harleianos, Perusinum (*p*), et Bodl. Lat.

Class. e. 15, hunc utpote peculiaria nonnulla praestantem quibus ueri species inesset, p ut coniecturas, quae Catulli textum ex doctorum emendatione, praecipue Italarum, saec. xv occuparint. Ea quoniam ad Catullum explicandum non sunt sine pretio, ideo adieci, quamquam non diffiteor prolixiorem sic factam esse speciem apparatus critici quam aut libelli norma postulabat aut ipse susceperam uolueramque.

[1.](#) Extat epigramma siue *uersus domini Beneuenuti de Campexanis de Vicencia de resurrectione Catulli poetae Veronensis*

Ad patriam uenio longis de finibus exul,  
causa mei reditus compatriota fuit.  
scilicet a calamis tribuit cui Francia nomen,  
quique notat turbae praetereuntis iter.  
quo licet ingenio uestrum celebrate Catullum,  
cuius sub modio clausa papyrus erat.

Mortuus uidetur Beneuenutus de Campesanis anno 1323 (Schulze, Prolegg. Catulli Baehrensiani, p. viii).

[2.](#) A. Gloria, *Documenti inediti intorno a Francesco Petrana e Albertino Mussato* p. 18, Carducci p. 279 libri *Ecerinide* a Ludouico Padrin editi Bononiae a. 1900. Ecerinis titulus est tragoediae latinae a Mussato conscriptae, propter quam meruit lauro et hedera quodannis coronari.

## ADDENDA IN ADNOT. CRIT.

[IV. 4, 5](#) Siue... siue *R*, *non sine*... sine

[LXI. 226](#) *fort.* bene mutuo ex

## SIGLA

<i>T</i> = Thuaneus, Paris. 8071: habet Catulli c. lxii	saec. ix
<i>G</i> = Sangermanensis, Paris. 14137	anni 1375
<i>O</i> = Oxoniensis Bodl. Canon. Lat. 30	saec. xiv
<i>R</i> = Romanus (Vat. Ottob. 1829)	saec. xiv exeuntis
<i>Ven</i> = Marcianus Class. xii. Cod. Lat. 80	saec. xv

<i>B</i> = Bononiensis (Bologna) 2621, Bibliothecae Vniuersitatis	anni <u>141½</u>
<i>La</i> <sup>1</sup> = Laurentianus primus (Bibl. Laurentiano-Mediceae Plut. xxxiii Cod. 13)	saec. xv
<i>A</i> = Ambrosianus M. 38, Mediolani	saec. xv
<i>C</i> = Colbertinus, Paris. 8234	saec. xv
Ω = consensus codicum <i>GOR Ven BLa</i> <sup>1</sup> <i>AC</i> ubi omnes uel uno alteroue excepto conspirant	
<i>D</i> = Datanus Bibl. Berolinensis (Diez. B. Santen. 37)	anni 1463
<i>a</i> = Brit. Mus. Add. 11,915	anni 1460
<i>h</i> = Harleianus 2574	saec. xv
<i>h</i> <sup>2</sup> = Harleianus 4094	saec. xv
<i>Phill.</i> = Phillippicus 9591, nunc Bodleianus Lat. Class. e. 17	saec. xv
<i>Bodl. Lat. Class. e. 15</i> , olim Phillippicus 3364	saec. xv
Paris. 7989	anni 1423
Laur. xxxiii. 12	saec. xv
<i>Qui secuntur rarius tantum adhibiti sunt</i>	
Carpentoractensis ( <i>Carpentras</i> ) 357	saec. xv exeuntis
Brixianus Bibl. Querinianae A vii. 7	saec. xv
Parmensis 716	saec. xv
Bononiensis (Bologna) 2744	saec. xv
Perusinus = Cuiacianus Scaligeri ( <i>p</i> )	anni 1467
Ashburneri codex I-LXI 127 continens	anni 1451

# CATVLLI CARMINA

Catulli (-lis *La*<sup>2</sup>) Veronensis liber incipit ad Cornelium *BGR Ven Laur. 33.12*: Catulli Veronensis poetae liber incipit *A et Santenianus*: Catulli Veronensis ad Cornelium *La*<sup>1</sup>: Catullus Veronensis poeta *O*: Catuli Veronensis poete cla liber incipit *a*: Q. Catuli Veronensis liber incipit ad Cornelium *I D*: Q. VALERI. CATVLLI. VERONENS. AD CORN. NEPOTEM. LIBER *C*

## I

QUI dono lepidum nouum libellum  
arido modo pumice expolitum?  
Corneli, tibi: namque tu solebas  
meas esse aliquid putare nugas;  
5  
iam tum cum ausus es unus Italorum  
omne acuum tribus explicare cartis  
doctis, Iuppiter, et laboriosis.  
quare habe tibi quidquid hoc libelli  
qualecumque; quod, o patrona uirgo,  
10  
plus uno maneat perenne saeclo.

**I 1** Qui *ADh Gulielmus Pastrengicus* (1295-1360 A.D.) *de originibus rerum p. 88b*: cui *GO*<sup>3</sup> (non qui) *RBCLa*<sup>1</sup> **2** arido *codd.*: arida *Pastrengicus*, fortasse ex *Serui adnotatione ad Aen. xii. 587* ubi tradit Catullum pumicem dixisse feminino

**5** tum *h*: tamen  $\Omega$  es *h*: est  $\Omega$

**8** tibi habe quicquid  $\Omega$  haec *O* libelli al. mei *G* **9** quod] quidem *D, Bodl. Lat. Class. e. 15, marg. R* o *add. Perusinus (p): om. \Omega* patroni ut ergo *Bergk* **10** perire *O*

**3.** Sic enim monstrantibus Elmero Merrill et E. B. Nicholson nunc lego quod in *G* et *O* scriptum est.

## II

PASSER, deliciae meae puellae,

quicum ludere, quem in sinu tenere,  
qui primum digitum dare atpetenti  
et acris solet incitare morsus,

5

cum desiderio meo nitenti  
carum nescio quid libet iocari,  
et solaciolum sui doloris,  
†credo ut cum grauis acquiescet ardor:†  
tecum ludere sicut ipsa possem

10

et tristis animi leuare curas!

. . . . .

tam gratum est mihi quam ferunt puellae  
pernici aureolum fuisse malum,  
quod zonam soluit diu ligatam.

**II** Fletus passeris Lesbie Ω: *spatium unius uersus in O titulo tamen carens*

**3** qui *GODBLa*<sup>1</sup> (*m. pr.*): {Øc}ui <sup>A</sup> R: cui *ha, marg.* O: quoi C at petenti O: at petenti al. patenti  
*Ven. et sic G prius, quamuis post in parenti mutatum fuerit: appetenti Ra 6 karum GO libet GO*  
*sed iubet marg. O: lubet Baehrens 8 sic Ω sed cum om. Ba credo, ut tum g. acquiescat a.*  
*Baptista Guarinus: credo, et cum (quo Postgate) grauis acquiescit (-at Postgate) ardor ego olim:*  
*quaerit quo g. acquiescat a. E. M. Thompson. Omittendum esse credo ratus est Tartara tamquam*  
*additum ab eo qui dubitationem suam de scriptura sic declarauit 9 ludere (suprascr. al.*  
*luderem) G: luderem D Post 10 uidentur excidisse quaedam, uelut tecum ludere, sic ut ipsa*  
*ludit: sed interstitii uestigia non habent codices 11 est omittebat Conington*

**13** ligatam *ACBLa*<sup>1</sup> *Dah Priscianus: negatam al. ligatam G: negatam O: ligatam marg. negatam R,*  
*sed ut ante ligatam uideatur aliquid erasum: cf. Carm. Epigr. 1504.49 Buech. zonulam ut soluas*  
*diu ligatam*

<sup>A</sup>. Øui R

### III

LUGETE, o Veneres Cupidinesque,  
et quantum est hominum uenustiorum.  
passer mortuus est meae puellae,  
passer, deliciae meae puellae.

5

quem plus illa oculis suis amabat:  
nam mellitus erat suamque norat  
ipsam tam bene quam puella matrem.  
nec sese a gremio illius mouebat,  
sed circumsiliens modo huc modo illuc

10

ad solam dominam usque pipilabat.  
qui nunc it per iter tenebricosum  
illuc, unde negant redire quenquam.  
at uobis male sit, malae tenebrae  
Orci, quae omnia bella deuoratis:

15

tam bellum mihi passerem abstulistis.  
uae factum male! uae miselle passer,  
tua nunc opera meae puellae  
flendo turgiduli rubent ocelli.

**III** cum II continuatum habent Ω, nullo titulo nec spatio tituli

**4** om. ABCLa<sup>1</sup>a 7 ipsa ABC

**9** circum siliens GR: circum silens al. siliens O **10** pipilabat Da: pipilabat Ω: pipiabat marg. h  
Voss

**11** tenebricosum h<sup>2</sup>: tenebrosum Ω **12** illuc marg. O: illud Ω Carm. Epigr. 1504.11 Buech. Unde  
fata negant redire quemquam

**14** Orciquae R m. pr.: Orcique al. quae G: Orcique COVen bella al. pulcra G: bella i. pulcra O

**16** uae... uae miselle scripsi ex eo quod habent Ω **16** Bonum factum male bonus ille passer:  
correxerunt ex Att. xv.1.1 o factum male, o miselle passer: cf. Carm. Epigr. 1512.4.7 Buech. o  
factum male Myia quod peristi: proh miselle passer Bapt. Guarinus: pro f. m. pro pusille  
Froehlich: io miselle p. Lachmann **17** tua (suprascr. quia) O **18** turgidoli R m. pr.

## IV

PHASELLUS ille, quem uidetis, hospites,  
ait fuisse nauium celerrimus,  
neque ullius natantis impetum trabis  
nequisse praeterire, siue palmulis

5

opus foret uolare siue linteo.  
et hoc negat minacis Adriatici  
negare litus insulasue Cycladas

Rhodumque nobilem horridamque Thraciam,  
Propontida trucemue Ponticum sinum,

10

ubi iste post phasellus antea fuit  
comata silua: nam Cytorio in iugo  
loquente saepe sibilum edidit coma.  
Amastri Pontica et Cytore buxifer,  
tibi haec fuisse et esse cognitissima

15

ait phasellus: ultima ex origine  
tuo stetisse dicit in cacumine,  
tuo imbuisse palmulas in aequore,  
et inde tot per impotentia freta  
herum tulisse, laeua siue dextera

20

uocaret aura, siue utrumque Iuppiter  
simul secundus incidisset in pedem.  
neque ulla uota litoralibus deis  
sibi esse facta, cum ueniret a mari  
nouissimo hunc ad usque limpidum lacum.

25

sed haec prius fuere: nunc recondita  
senet quiete seque dedicat tibi,  
gemelle Castor et gemelle Castoris.

#### IV DE PHASELLO (-ELO VenR) Ω: *spatium unius uersus in O*

1 Phaselus *DaVen* 2 aiunt Ω 2 celerrimum (celerimum O) Ω 3 illius Ω tradis *h*<sup>2</sup>: tardis Ω  
4 neque esse Ω sine Ω: siue R 5 sine Ω: siue R

6 haec O negant R mina ei *B m. pr.*, *GOVenDah*: mina ci *Cod. Vat. 1630*: mina||| *dein* minacis R  
7 insula uegeladas O 8 tractam Ω *sed* traciam *corr. R et corr. La*<sup>1</sup> 11 silua *om. O, add. in marg.*  
cit(th C)eorio Ω *sed* citeono *Oh*<sup>2</sup>

13 citheri *GO et R m. pr.* 14 cognitissima *ah*<sup>2</sup>: cognotissima Ω 17 tuo O: tuas *cett.* 18 inte R  
19 herum *GOR* 20 uocare cura *ABCGOh*: uocare<sup>t</sup> ura *R m. pr.*: uocare<sup>t</sup> aura *corr. R*

22 litoralibus *GR litt. OBAC* diis Ω *sed e iam superscripta in La*<sup>1</sup> 23 a mari *Lachm.*: amaret Ω  
*et, ut videtur, R ante quam in amari mutatum erat*: amare *ah*<sup>2</sup> 24 nouissimo *a*: nouissime Ω,  
*Munro*

25 hoc *CGVen R m. pr.* 27 Castor *D, Diomedes p. 344 Keil*: Castorum *R m. pr. B et La*<sup>1</sup> *nondum*  
*mutati*: Castrum *al. Castorum G: Castrum O*



## V

VIUAMUS, mea Lesbia, atque amemus,  
 rumoresque senum seueriorum  
 omnes unius aestimemus assis.  
 soles occidere et redire possunt:  
 5  
 nobis cum semel occidit breuis lux,  
 nox est perpetua una dormienda.  
 da mi basia mille, deinde centum,  
 dein mille altera, dein secunda centum,  
 deinde usque altera mille, deinde centum.  
 10  
 dein, cum milia multa fecerimus,  
 conturbabimus illa, ne sciamus,  
 aut ne quis malus inuidere possit,  
 cum tantum sciat esse basiorum.

**V** AD LESBIAM Ω: *in O spatium unius uersus sine titulo*

**3** extime(ne O)mus Ω

**5** nobiscum Ω

**8** deinde mi//// altera da//// secunda centum *G, et sic R, nisi quod da post inlatum uidetur*: deinde mille altera deinde secunda centum *Oh<sup>2</sup>*

**10** deinde Ω **11** conturbauimus Ω nesciamus Ω **13** tantum *corr. R, corr. La<sup>1</sup>: tantus CGOVen, R et La<sup>1</sup> nondum mutati* sciet *Buecheler ex Priap. lii. 12*

## VI

FLAUI, delicias tuas Catullo,  
 nei sint illepidae atque inelegantes,  
 uelles dicere, nec tacere posses.  
 uerum nescio quid febriculosi  
 5  
 scorti diligis: hoc pudet fateri.  
 nam te non uiduas iacere noctes  
 nequiquam tacitum cubile clamat  
 Sertisque ac Syrio fraglans oliuo,  
 puluinusque peraeque et hic et ille  
 10

attritus, tremulique quassa lecti  
argutatio inambulatioque.  
nam nil uerpa ualet, nihil tacere.  
cur? non tam latera ecfututa pandas,  
nei tu quid facias ineptiarum.

15

quare, quidquid habes boni malique,  
dic nobis. uolo te ac tuos amores  
ad caelum lepidio uocare uersu.

**VI** cum V continuatur in O: AD FLAVIVM cett.

2 nei *Lachmann*: ne Ω 3 uelis et possis *Heinsius*

5 hic O

7 nequiquam *Haupt*: nequicquam *GVen et R*, sed hi duo diuise: ne quid quam O 8 Sertisque *Da*:  
Sertis Ω nisi quod Sectis *BLa*<sup>1</sup> ac Syrio *Auantius*: a sirio *R m. pr.*: asirio *GO* fraglans *scripsi*:  
flagrans *GORVenBLa*<sup>1</sup>: fragrans *D et Laur. 33.12* 9 et haec et illo O: et hec (*suprascr.* hic) et illo  
(*suprascr.* al. ille) *GRVen Correxerunt* et hic et illic (illi), et heic et illei *Fort.* et hoc (= huc) et  
illo 10 cassa *D, Froehner*: casa *a (m. pr.)*

12 nil uerpa ualet *scripsi*: inista preualet O: ni ista preualet *GRVen*: mi stupra ualet uir doctus in  
*Ephem. Class. xxiv. p. 211* (stupra iam *Scaliger*) nil ista ualet *Lachm.*: nil stupra u. *Haupt*

13 sic *Lachm.*: cur non tam latera et futura panda Ω: et fututa *h*<sup>2</sup> pandas *h* 14 nei *Marcilius*: nec  
Ω: ne *a*

15 quid quid O: quicquid Ω bonique malique O 17 uersum O: uersum (*sic*) *R*

## VII

QUAERIS, quot mihi basiationes  
tuae, Lesbia, sint satis superque.  
quam magnus numerus Libyssae harenae  
lasarpiciferis iacet Cyrenis,

5

oraclum Iouis inter aestuosi  
et Batti ueteris sacrum sepulcrum;  
aut quam sidera multa, cum tacet nox,  
furtiuos hominum uident amores;  
tam te basia multa basiare

10

uesano satis et super Catullo est,  
quae nec pernumerare curiosi

possint nec mala fascinare lingua.

**VII** *Spatium unius uersus in O titulo carens: AD LESBIAM cett.*

**1** quod *GORLa*<sup>1</sup>

**3** libisse *ORVen*: lybisse *G* **4** lasarpici feris al. fretis *GRVen*: lasarpici fecis *Oh*<sup>2</sup> tyrenis al.  
cyrenis *GRVen*: tyrenis *OLa*<sup>1</sup>, *B m. pr.* **5** oradum *uel* ora dum  $\Omega$  **6** beati *O*; beati al. beari *GRVen*:  
brati *a (m. pr.)* **9** basiei *O, et R m. pr.*: basiei al. basia *GVenC*

## VIII

MISER Catulle, desinas ineptire,  
et quod uides perisse perditum ducas.  
fulsere quondam candidi tibi soles,  
cum uentitabas quo puella ducebat  
<sup>5</sup>  
amata nobis quantum amabitur nulla.  
ibi illa multa tum iocosa fiebant,  
quae tu uolebas nec puella nolebat.  
fulsere uere candidi tibi soles.  
nunc iam illa non uolt: tu quoque inpotens noli,  
<sup>10</sup>  
nec quae fugit sectare, nec miser uiue,  
sed obstinata mente perfer, obdura.  
uale, puella. iam Catullus obdurat,  
nec te requiret nec rogabit inuitam.  
at te dolebis, cum rogaberis nulla.  
<sup>15</sup>  
scelestas tne te†. quae tibi manet uita!  
quis nunc te adibit? cui uideberis bella?  
quem nunc amabis? cuius esse diceris?  
quem basiabis? cui labella mordebis?  
at tu, Catulle, destinatus obdura.

**VIII** *Spatium unius uersus in O titulo carens: AD SE IPSVM  $\Omega$*

**6** cum *O*: tam *Scaliger*

**9** inpotens noli *Auantius*: impote (inpote *O*)  $\Omega$

**12** *om. La*<sup>1</sup>

**14** nulla  $\Omega$

15 ne ter tibi quae *Bodl. Lat. Class. e. 15: nec te Phil.: nocte Statius* nullam... noctem Voss  
18 cum labella O

## IX

VERANI, omnibus e meis amicis  
antistans mihi milibus trecentis,  
uenistine domum ad tuos Penates  
fratresque unanimos anumque matrem?

5

uenisti. o mihi nuntii beati!  
uisam te incolumem audiamque Hiberum  
narrantem loca, facta, nationes,  
ut mos est tuus, applicansque collum  
iucundum os oculosque suauabor.

10

o quantum est hominum beatiorum,  
quid me laetius est beatiusue?

**IX** AD VERAN(N)IVM Ω: *spatium unius uersus in O*

1 Verani *a*: Veranni *BDGLa<sup>1</sup>Ohh<sup>2</sup>*: Veramni *AC* e *om. O* 2 antistans *Auantius*: antistas Ω  
milibus *O*: millibus *GRVen*.

4 uno animo sanamque *O*: uno animo suamque *al. sanam GVen* anumque *Faernus*: senemque  
*Auantius*

9 suauabor *D*: suabior Ω

## X

VARUS me meus ad suos amores  
uisum duxerat e foro otiosum,  
scortillum, ut mihi tum repente uisum est,  
non sane illepidum neque inuenustum.

5

huc ut uenimus, incidere nobis  
sermones uarii, in quibus, quid esset  
iam Bithynia, quo modo se haberet,  
et quonam mihi profuisset aere.

respondi id quod erat, nihil neque ipsis

10

nec praetoribus esse nec cohorti,  
cur quisquam caput unctius referret,  
praesertim quibus esset irrumator  
praetor, non faceret pili cohortem.

*X cum IX continuant Ω nullo spatio relicto*

1 Varus C: Varius GOR Ven La<sup>1</sup>: Verannius D 3 tunc ORVen Laur. 33.12 4 inlep. Lachm.

7 Iarbitinia O quomodo posse haberet Ω: corr. ed. pr. 8 ecquonam Statius: et quoniam al  
quonam GRVen: et quoniam OACDah<sup>2</sup> aere a: here GOLa<sup>1</sup>ACD: hēre (= habere) Bh

9 neque in ipsis (suprascr. al. neque ipsis ñ) G: neque nec in ipsis OBCLa<sup>1</sup>: nec in ipsis al. neque  
ipsis R: nihil in ipsis Conington: nihil neque ipsi Traube 10 prius nec om. RVenACa sed RVen  
addunt in marg. hic Giri hoc praetore fuisse Traube 11 Cur q. c. u. referret? Munro 13 non  
al. nec GRVen: nec Oa: ne h<sup>2</sup> facerent Da

‘at certe tamen,’ inquiunt ‘quod illic

15

natum dicitur esse, comparasti  
ad lecticam hominis.’ Ego, ut puellae  
unum me facerem beatiorem,  
‘non’ inquam ‘mihi tam fuit maligne,  
ut, prouincia quod mala incidisset,

20

non possem octo homines parare rectos.’  
at mi nullus erat neque hic neque illic,  
fractum qui ueteris pedem grabati  
in collo sibi collocare posset.  
hic illa, ut decuit cinaediorum,

25

‘quaeso’ inquit ‘mihi, mi Catulle, paulum  
istos †commoda: nam† uolo ad Sarapim  
deferri.’ ‘mane’ inquit puellae,  
‘istud quod modo dixeram me habere,  
fugit me ratio: meus sodalis

30

Cinna est Gaius, is sibi parauit.  
uerum, utrum illius an mei, quid ad me?  
utor tam bene quam mihi pararim.  
sed tu insulsa male et molesta uiuis,  
per quam non licet esse neglegentem.’

15 asse *Statius*

21 nec hic neque illic *GORVen* 22 fractumque  $\Omega$

24 docuit  $\Omega$ , corr. *a* sined. *O* 25 inquit *O* 26 com(m)oda nam *codd. praeter Oh<sup>2</sup>*: comodā nam *O*: comenda nam *h<sup>2</sup>*: commodum enim *Hand*: Istos da modo: nam *Munro*: commoda; eram (heram) *uel* commoneam *ego* sarapim *D*: sarapim (*suprascr.* al. e) *G*: serapim (ini *O*) *RVenO* 27 deferri *ACD*: deserti al. deferri *GBRVen*: deserti *OLa<sup>1</sup>* mane inquit *Statius*: mane me inquit (-d *O*)  $\Omega$ : minime *Ald. I.*: mi anime *Bergk*: meminei *Munro* 30 Cinna est Gaius *Beroaldus*: Cuma est grauis  $\Omega$  31 ad me *Da et corr. R*: a me  $\Omega$

32 paratis *Statius*

33 tu insulsa *h*: tu insula  $\Omega$ : tulsā *O* et] hac *D*: ac *a* 34 negligentem  $\Omega$

## XI

**XI** AD FVRIVM ET AVRELIVM  $\Omega$ : *in O spatium non est, sed primo uersui adscriptum est =*

FURI et Aureli, comites  
Catulli,  
siue in extremos  
penetrabit  
Indos,  
litus ut longe resonante  
Eoa  
tunditur unda,

2 penetrabit *ed. 1473*: penetrauit  $\Omega$  3 ut *GO Caesenas*: et *h<sup>2</sup>*: ubi *cett.* coa *Oh<sup>2</sup>*

5  
siue in Hyrcanos  
Arabesque  
molles,  
seu Sacas sagittiferosue  
Parthos,  
siue quae septemgeminus  
colorat  
aequora Nilus,

5 arabasue *Oh<sup>2</sup>*: arabaesque *G*: arabesque *R cum plerisque* 6 siue sagas (*-x CGORa*)  $\Omega$  sagittiferosque *D Lachm.*: que *om. a* 7 qui *B Phil. h*: *om. h<sup>2</sup>*

siue trans altas gradietur  
Alpes,  
10  
Caesaris uisens  
monimenta  
magni,  
Gallicum Rhenum  
†horribilesque  
ulti-  
mosque† Britannos,

8 Epra *O* 9 sui *O* latas *Bh* apes (*suprascr. l*) *R* 10 uidens *ABCD*: uissens *h<sup>2</sup>* 11 hor(r)ibilesque *DGOh<sup>2</sup>*: horribiles *RVenACBLa<sup>1</sup>*: horribile aequor *Haupt*: horribilem salum *Munro*: h. fretum *Everett*: horribilesque uitro (*uel uultu*) in-  
usque *Palmer*: horribilem sequi *Housman*, in quod ipse olim incideram, mutato  
uidens in nitens: fort. horribiles citroque ultroque 12 mosque... britannos *G. In Oh<sup>2</sup> uersus incipit ab ultimosque* (*Vitimosque O*)  
13 fere  $\Omega$  14 temptare *OVen*: tentare *GR et plerique*

omnia haec, quaecunque  
feret uoluntas  
caelitum, temptare simul  
parati,  
15  
pauca nuntiate meae  
puellae  
non bona dicta.

cum suis uiuat ualeatque  
moechis,  
quos simul complexa  
tenet trecentos,  
nullum amans uere, sed  
identidem  
omnium  
20  
ilia rumpens:

nec meum respectet, ut      22 qui *BLa*<sup>1</sup>*Da*, sed in *B* prius fuit cui: cui *GORVenChh*<sup>2</sup>    23 posquam *RVenD*  
ante, amorem,  
qui illius culpa cecidit  
uelut prati  
ultimi flos, praetereunte  
postquam  
tactus aratro est.

XII

MARRUCINE Asini, manu sinistra  
non belle uteris in ioco atque uino:  
tollis linthea neglegentiorum.  
hoc salsum esse putas? fugit te, inepte:  
5  
quamuis sordida res et inuenusta est.  
non credis mihi? crede Pollioni  
fratri, qui tua furta uel talento  
mutari uelit: est enim leporum  
disertus puer ac facetiarum.  
10  
quare aut hendecasyllabos trecentos  
exspecta, aut mihi lintheum remitte,  
quod me non mouet aestimatione,

uerum est mnemosynum mei sodalis.  
nam sudaria Saetaba ex Hiberis  
15  
miserunt mihi muneri Fabullus  
et Veranius: haec amem necesse est  
ut Veraniolum meum et Fabullum.

**XII** AD MATRVCINVM ASIN[I]VM Ω: *in G Asinium tantum est, in O spatium unius uersus titulo carens*  
**1** Marrucine *Parthenius*: Matrucine Ω **2** ioco al. loco *BGRVen*: loco *O* **3** neglig. *O*: neglig. *GR*  
**4** salsum al. falsum *G*: falsum al. salsum *ORVen*: falsum *ABCDLa<sup>1</sup>hh<sup>2</sup>*  
**6** polioni *h<sup>2</sup>a* **7** frāt (frater) *O* **8** uoluit *O*: uolit *Baehrens* **9** dissertus *O*: difertus *Passeratius*  
**10** endeca sillabos *GORLa<sup>1</sup>* **11** expecta Ω **12** extimatione Ω **13** nemo est sinum *O*: est nemo sinum (sinunt *BLa<sup>1</sup>hh<sup>2</sup>*) *cett.*  
**14** settaba *O*: thessala *D et Vat. 1630* ex Hiberis *ed. pr.*: exhibere Ω: ex Hibereis *Lachmann*: ex Hiberio *Owen* **15** numeri al. muneri *GCRVen*: numeri *OALa<sup>1</sup>* **16** hec al. hoc *R* amem *D*: al̄meni *R*: ameni *GOCVen* **17** ut *h<sup>2</sup>*: et Ω *Ad hunc uersum respexit Plinius H. N. praef. I*

### XIII

CENABIS bene, mi Fabulle, apud me  
paucis, si tibi di fauent, diebus,  
si tecum attuleris bonam atque magnam  
cenam, non sine candida puella  
5  
et uino et sale et omnibus cachinnis.  
haec si, inquam, attuleris, uenuste noster,  
cenabis bene: nam tui Catulli  
plenus sacculus est araneorum.  
sed contra accipies meros amores  
10  
seu quid suauius elegantiusue est:  
nam unguentum dabo, quod meae puellae  
donarunt Veneres Cupidinesque,  
quod tu cum olfacies, deos rogabis,  
totum ut te faciant, Fabulle, nasum.

**XIII** AD FABVLLVM Ω: *spatium unius uersus in O titulo carens*  
**2** dii Ω



6 inquam *marg.* unquam  $h^2$ : unquam  $\Omega$  8 saculus *GORBVen*

9 meos *OAA* 10 seu quid *Santenianus Lachmanni*: seu qui *OBCLa*<sup>1</sup>: seu qui al. quod *GRVen*

14 Fabulle (*non fab.*) *R*

## XIV

NEI te plus oculis meis amarem,  
iucundissime Calue, munere isto  
odissem te odio Vatiniano:  
nam quid feci ego quidue sum locutus,  
5  
cur me tot male perderes poetis?  
isti di mala multa dent clienti,  
qui tantum tibi misit impiorum.  
quod si, ut suspicor, hoc nouum ac repertum  
munus dat tibi Sulla litterator,  
10  
non est mi male, sed bene ac beate,  
quod non dispereunt tui labores.  
di magni, horribilem et sacrum libellum!  
quem tu scilicet ad tuum Catullum  
misti, continuo ut die periret,  
15  
Saturnalibus, optimo dierum!  
non non hoc tibi, salse, sic abibit.  
nam, si luxerit, ad librariorum  
curram scrinia, Caesios, Aquinos,  
Suffenum, omnia colligam uenena,  
20  
ac te his suppliciis remunerabor.  
uos hinc interea ualete abite  
illuc, unde malum pedem attulistis,  
saecli incommoda, pessimi poetae.

**XIV** AD CALVVM POETAM  $\Omega$ : in *O spatium unius uersus titulo carens*

1 nei *Lachmann*: ne  $\Omega$ : nen  $h^2$  3 uaciniano *GRLa*<sup>1</sup> 5 malis  $\Omega$

6 dant  $\Omega$

9 sulla *A et Santenianus m. pr.*: si illa *GORBCDLa*<sup>1</sup>: sylla *D* litterator *GOR Versum attulit*  
*Martianus Capella* § 229, et ex eo, ut creditur, *Ioannes Saresberiensis Metal. I. 24* 10 mihi  $\Omega$

14 misti *ed. pr.*: misisti Ω continuo. ut *GORVen* die] miser *Halbertsma* 15 opimo al. optimo  
*GRVenBLa*<sup>1</sup>: oppinio O Versum attulit Macrobius Sat. ii. i. 8

16 hoc *Dh*<sup>2</sup>: hec Ω salse al. false sit (*uel* fit) adhibit (*uel* adbibit) Ω

17 luserit (*suprascr.* al. x) *G* 18 curam O: curtam Ω scrinea *RVen* 19 Suffenam Ω: Sufferam *AD*  
*marg. h*<sup>2</sup> 20 hac *GORVenh*<sup>2</sup> tibi hiis supplit' O remunerabor *R*, *idemque iterum in marg.*

23 seculi Ω

## XIV<sup>b</sup>

Si qui forte mearum ineptiarum  
lectores eritis manusque uestras  
non horrebitis admouere nobis,

\* \* \*

**XIV<sup>b</sup>** *Hi uersus cum carminis XIV uersu ultimo coniuncti leguntur in codicibus: seiunxit Bapt.*  
*Guarinus*

3 ammouere O

## XV

COMMENDO tibi me ac meos amores,  
Aureli. ueniam peto pudentem,  
ut, si quicquam animo tuo cupisti,  
quod castum expeteres et integellum,

5

conserues puerum mihi pudice,  
non dico a populo: nihil ueremur  
istos, qui in platea modo huc modo illuc  
in re praetereunt, sua occupati:  
uerum a te metuo tuoque pene

10

infesto pueris bonis malisque.  
quem tu qua lubet, ut lubet, moueto  
quantum uis, ubi erit foris paratum:  
hunc unum excipio, ut puto, pudenter.  
quod si te mala mens furorque uecors

15

in tantam impulerit, scelestē, culpam,  
ut nostrum insidiis caput lacessas;  
a tum te miserum malique fati,  
quem attractis pedibus patente porta  
percurrent raphanique mugilesque.

**XV** AD AVRELIVM Ω: *spatium unius uersus in O titulo carens*

2 [\*] pudentem p[\*]eto <sup>B</sup> G: pudentem pecto  $h^2$  8 inre ex inte G: inte  $h^2$  occupari O

10 bonisque malisque Ω

11 qua lubet ut iubet GD: qualib' ut al. iubet O: ut lubet om. *ABCLa<sup>1</sup>a*, add. in marg. Ven 12 ubi] ut  $h^2$  13 huc G excipias peto L. *Weber Eisenacensis*, quod puto semper fere correptum inueniatur, sed cf. *Priap.* xii. 2 Cumaeae soror ut puto Sibyllae pudenter al. prudenter GRVen

16 nostrum GDah<sup>2</sup>: nostrorum Ω 17 a tum te *Statius*: at tum te AC: ah (ha O) tamen te *ORBLa<sup>1</sup>h<sup>2</sup>*: ah tamen al. tum te GVen 18 atractis O: atratis *BLa<sup>1</sup>h<sup>2</sup>*

<sup>B</sup>. ♀pudentem pēto G

## XVI

PEDICABO ego uos et irrumabo,  
Aureli pathice et cinaede Furi,  
qui me ex uersiculis meis putastis,  
quod sunt molliculi, parum pudicum.

5

nam castum esse decet pium poetam  
ipsum, uersiculos nihil necesse est,  
qui tum denique habent salem ac leporem,  
si sint molliculi ac parum pudici,  
et quod pruriat incitare possint,

10

non dico pueris, sed his pilosis  
qui duros nequeunt mouere lumbos.  
uos, quod milia multa basiorum  
legistis, male me marem putatis?  
pedicabo ego uos et irrumabo.

**XVI** cum XV continuant Ω

1 *Pedic. ah<sup>2</sup>: Pedit. A: Dedicabo* Ω 3 *me ex mi G* 4 *quot ex quod G sūt (sic) R*  
5-8 *extant ap. Plin. Epp. iv. 14. 5 et 5-6 ap. Apul. Apol. xi* 7 *tum Dh: tamen al. tum GRVenC:*  
*tamen OABLa<sup>1</sup>h<sup>2</sup>: tunc codices Plini ac om. h<sup>2</sup>* 8 *sint Ω: sunt codices Plini* 9 *ut Froehlich*  
*possint A: possunt (suprascr. i) C: possunt Ω et codices Plini*  
12 *uos quod Laur. 33.12: uos qui AC: uosque (hosque O) Ω* 14 *dedicabo Ω*

## XVII

O Colonia, quae cupis ponte ludere longo,  
et salire paratum habes, sed uereris inepta  
crura ponticuli acsuleis stantis in rediuiuis,  
ne supinus eat cauaque in palude recumbat;  
5  
sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat,  
in quo uel Salisubsali sacra suscipiantur:  
munus hoc mihi maximi da, Colonia, risus.  
quendam municipem meum de tuo uolo ponte  
ire praecipitem in lutum per caputque pedesque,  
10  
uerum totius ut lacus putidaeque paludis  
liuidissima maximeque est profunda uorago.

**XVII** *In GO nec titulus est nec spatium tituli: ceteri aut spatium habent aut titulum*

1 *o culonia quae AC: o culo in aque Ω ludere h: laedere Ω* 3 *acsuleis scripsi: ac sulcis Ω:*  
*assulis Statius: axuleis Schwabe: aesculeis Palmer: num hastuleis? stantis Statius: tantis Ω*  
6 *salisubsali Bergk: sali subsali VenD: sali subs(sc RB marg. Ven)ili GORACBLaurentiani:*  
*salisubsilis Statius suscipiant Ω: sus recipiant h<sup>2</sup>*  
8 *quedam Oh<sup>2</sup> de tuo uolo ponte om. BLA<sup>1</sup>* 10 *pudiceque paludes Ω: puniceque A: pu iceque*  
*(sic): puiceque C sine uestigio rasurae*

insulsissimus est homo, nec sapit pueri instar  
bimuli tremula patris dormientis in ulna.  
quoi cum sit uiridissimo nupta flore puella  
15  
et puella tenellulo delicatior haedo,  
asseruanda nigerrimis diligentius uuis,  
ludere hanc sinit ut lubet, nec pili facit uni,  
nec se subleuat ex sua parte, sed uelut alnus  
in fossa Liguri iacet supperata securi,

tantundem omnia sentiens quam si nulla sit usquam.  
talis iste meus stupor nil uidet, nihil audit,  
ipse qui sit, utrum sit an non sit, id quoque nescit.  
nunc eum uolo de tuo ponte mittere pronum,  
si pote stolidum repente excitare ueternum;  
<sup>25</sup>  
et supinum animum in graui derelinquere caeno,  
ferream ut soleam tenaci in uoragine mula.

**14** quoi cum *Scaliger*: cui iocum Ω **15** et *ACh*<sup>2</sup>: ut Ω **16** adseruanda *O* **18** nec se *ed. 1473*: nec  
me Ω **19** *Ligari fragm. Festi p. 438 ed. von Ponor* supperata *Festus*: superata Ω: separata  
*BLa*<sup>1</sup> **21** nihil uidet Ω  
**22** quid *G sed d super rasuram* **23** nunc] hunc *ACa* eum *AC et corr. D*: cum *GRVenBLa*<sup>1</sup> nunc  
uolo uolo *O*: hunc meum *Froehlich*  
**24** potest olidum Ω: *corr. Victorius Var. Lect. xiii. 11* exitare *GORVen BLa*<sup>1</sup>, quod tamquam  
*frequentatium uerbi exire retinebat Traube* **25** derelinquere *O cum Parisino 7989*: delinquere  
*cett. nisi quod a habet relinquare*

Desunt Carmina XVIII, XIX, XX.

AURELI, pater esuritionum,  
non harum modo, sed quot aut fuerunt  
aut sunt aut aliis erunt in annis,  
pedicare cupis meos amores.

5

nec clam: nam simul es, iocaris una,  
haerens ad latus omnia experiris.  
frustra: nam insidias mihi instrumentem  
tangam te prior irrumatione.  
atqui si faceres satur, tacerem:

10

nunc ipsum id doleo, quod esurire  
mellitus puer et sitire discet.  
quare desine, dum licet pudico,  
ne finem facias, sed irrumatus.

**XXI** AD AVRELIVM Ω: *spatium unius uersus in O titulo carens*

1 exuritionum *uel* exuricionum Ω 4 pedicare AC: dedicare Ω

5 es iocaris D: exiocaris Ω: et iocaris ACah 6 haeres h Voss experibis *uel* experibus Ω

7 struentem Ribbeck 8 irrumatione Ω

9 atqui si *scripsi ex eo quod Caesenae habet* atque qui si: atque id si AC: atque ipsi Ω 10 id *om.*  
BLa<sup>1</sup> esuriere O: exurire GRDBLa<sup>1</sup> 11 mellitus Hand: me me Ω: ieunus Huschke: meus mei  
Schwabe

12 desinat Ω: desinas AC 13 ne *ed. pr.*: nec Ω: nei Baehrens irrumatus *ed. pr.*: irruminatus sum Ω

## XXII

SUFFENUS iste, Vare, quem probe nosti,  
homo est uenustus et dicax et urbanus,  
idemque longe plurimos facit uersus.  
puto esse ego illi milia aut decem aut plura

5

perscripta, nec sic ut fit in palimpsesto  
relata: cartae regiae, noui libri,  
noui umbilici, lora rubra, membrana

derecta plumbo, et pumice omnia aequata.  
haec cum legas tu, bellus ille et urbanus

10

Suffenus unus caprimulgus aut fossor  
rursus uidetur: tantum abhorret ac mutat.  
hoc quid putemus esse? qui modo scurra  
aut siquid hac re tersius uidebatur,  
idem infaceto est infacetior rure,

15

simul poemata attigit, neque idem umquam  
aeque est beatus ac poema cum scribit:  
tam gaudet in se tamque se ipse miratur.  
nimirum idem omnes fallimur, neque est quisquam  
quem non in aliqua re uidere Suffenum

20

possis. suus cuique attributus est error:  
sed non uidemus manticae quod in tergo est.

**XXII** cum **XXI** continuant *GO* sine interstitio, adiecto tamen quod nouum carmen indicet: AD  
VARVM marg. *G*, *RVenABD*: AD VARIVM *C*

**3** idemque al. itemque *G*

**4** puto esse ego *GORVenLa*<sup>1</sup>: puto ego esse *BCDh* milia *O*: millia *G* 5 sic] sit *Ω* palmisepto (-  
seto *BLa*<sup>1</sup> *Ω*: *παλίμψηστον* *Marcilius* 6 noue *Ω*: nouem *Dah*: nouei *Lachm.* 7 membrana  
*Auantius*: membran(a)e *Ω*, *Munro* 8 *derecta* *Statius*: detecta *Ω*

**10** capri. mulgus *GRVen* 11 abhoret *O*: fortasse aberrat

**13** ac re *O*: aut re *cod. Ashburneri*: fort. aure tersius uel tertius *Peiper*, *Munro*: tristius *Ω*: tritius  
*ed. Iunt. 1503*: scitius *L. Mueller*: strictius uel crispus ego 14 in faceto est in faceto rure *GOR*:  
infacet rure *A*: infaceti' *C* 15 neque idem *G*: uel neque nec idem *Oh* 16 ac *h*: ah *ABDLa*<sup>1</sup>*a*: ha  
*GORVen* cum] tum *R* 17 tamque] tamquam *DGOh*

**18-20** omnes fallimur... error extant apud *Hieremiam Iudicem de Montagnone, Part. II (I) 3. 8, ed.*  
*Ven. 1505*; **19-21** in *Flor. Moral. Auctorit. II. 3, qui liber scriptus est anno 1329 Veronae*

**18** neque est *GRVen*: nec est *O* 21 uidentur *codex Monacensis Porphyriionis ad Hor. S. ii. 3. 299*;  
*legitne Porphyriion uidetur?*

## XXIII

FUREI, cui neque seruos est neque arca  
nec cimex neque araneus neque ignis,  
uerum est et pater et nouerca, quorum

dentes uel silicem comesse possunt,

5

est pulcre tibi cum tuo parente

et cum coniuge lignea parentis.

nec mirum: bene nam ualetis omnes,

pulcre concoquitis, nihil timetis,

non incendia, non graues ruinas,

10

non facta impia, non dolos ueneni,

non casus alios periculorum.

atqui corpora sicciora cornu

aut siquid magis aridum est habetis

sole et frigore et esuritione.

15

quare non tibi sit bene ac beate?

a te sudor abest, abest saliuā,

mucusque et mala pituita nasi.

hanc ad munditiem adde mundiolem,

quod culus tibi purior salillo est,

20

nec toto decies cacas in anno,

atque id durius est faba et lapillis,

quod tu si manibus teras fricesque,

non umquam digitum inquinare posses.

haec tu commoda tam beata, Furi,

25

noli spernere nec putare parui,

et sestertia quae soles precari

centum desine: nam satis beatus.

### XXIII AD FVRIVM Ω: *spatium unius uersus in O*

1 Furei (ϕ Ven) Ω *quod non ausus sum immutare*: Furi a seruos Statius: seruo al. seruus GRVen: seruo OBCLa<sup>1</sup> 2 cimex animal neque GR: cimex al. neque O 5, 8 pulcre GORVen 6 linea B: num iunceā? cf. Goetz Thes. Gloss. p. 611

7 neç (suprascr. i) G: ne al. nec RVen: ne OABCLa<sup>1</sup>: ni Dh ualetis .R. om̄s B 9 ruinas GD: minas ORVenABCh 10 facta G: fata D: furta Haupt

12 aut qui Ω: ut qui Statius 13 aridum magis est Ω

15 sit O: si Ω

16 abest O semel 17 mucusque a: muccusue (muc- B, muct- O) Ω piçuita G

19 culus al. cuius GVen: cuius al. culus RC: cuius O 21 lupillis Gulielmius 22 friesque Baehrens 23 posses Ω: possis Froehlich: posseis Baehrens 24 haec tua Ω furi codd. 26 sesterciaque O



## XXIV

O qui flosculus es Iuuentiorum,  
 non horum modo, sed quot aut fuerunt  
 aut posthac aliis erunt in annis,  
 mallem diuitias Midae dedisses  
 5  
 isti, qui neque seruos est neque arca,  
 quam sic te sineres ab illo amari.  
 'qui? non est homo bellus?' inquires. est:  
 sed bello huic neque seruos est neque arca.  
 hoc tu quam lubet abice eleuaque:  
 10  
 nec seruom tamen ille habet neque arcam.

**XXIV** cum **XXIII** continuant codices, nullo spatio relicto

1 es] est Ω 2 quod GORVen 4 Midae dedisses Voss: mi dededisses O: mi ededisses *Paris. 7989*  
*m. pr.:* mi dedisses Ω 5 qui OAC: qui al. cui GR neque al. nec G: nec al. neque R 5, 8 seruos]  
 seruus Ω 7 quid O  
 9 hec G: nec D qua lubet G: quamlubet al. qua Ven 10 seruom] seruum Ω

## XXV

CINAEDE Thalle, mollior cuniculi capillo  
 uel anseris medullula uel imula oricilla  
 uel pene languido senis situque araneoso,  
 idemque, Thalle, turbida rapacior procella,  
 5  
 cum diua †mulier aries† ostendit oscitantes,  
 remitte pallium mihi meum, quod inuolasti,  
 sudariumque Saetabum catagraphosque Thynos,  
 inepte, quae palam soles habere tamquam auita.  
 quae nunc tuis ab unguibus reglutina et remitte,  
 10  
 ne laneum latusculum manusque mollicellas

inusta turpiter tibi flagella conscribillent,  
et insolenter aestues, uelut minuta magno  
depressa nauis in mari, uesaniente uento.

**XXV** AD TALL(TAL B)VM Ω: *nullum interstitium in O*

**1** talle Ω: tale *Par. 7989* **2** medullula O: medulla *cett.* oricilla (auricilla) *Scaliger*: moricilla  
*GBDa*: moricula *OACLa*<sup>1</sup>: moricula al. moricilla *RVen* **3** arancoroso al. araneoso *GRVenB* **5** cum  
(cum G) diua mulier (i O) Ω: conuiua *Boehme* aries O: alios al. aues uel aries G: aues al. aries  
uel alios R munerarios *Lachm.*: mulierarios *Haupt*: mulicurios *Clayton*: manulearlos *Phillimore*:  
conclaue cum uicarios *Munro* ostendēt (*suprascr. i*) G: ostendet *ODh*: fortasse cum laeua  
munerarios offendit oscitantes **7** saethabum G: sathabum *OABCDLa*<sup>1a</sup> **8** inepteque O  
**10** natesque *Scaliger* **11** inusta *ed. Calpurn. 1481*: insula Ω: inlusa *Scaliger* conscribilent Ω:  
conscribilent flagella *Turnebus*: consigillent *Muretus* **12** minuta *h et Caesenas, uterque saec. xv.*  
*exeuntis*: inimica Ω **13** depressa *Oh*: deprehensa Ω

## XXVI

FURI, uillula nostra non ad Austri  
flatus opposita est neque ad Fauoni  
nec saeui Boreae aut Apheliotae,  
uerum ad milia quindecim et ducentos.  
5  
o uentum horribilem atque pestilentem!

**XXVI** AD FVRIVM Ω: *in O interstitium non est*

**1** Furi *codd.* uestra O et Caesenas **2** om. O fauonii Ω **3** apheliot(a)e Ω: apeliotae *Lachm.*

## XXVII

MINISTER uetuli puer Falerni  
inger mi calices amariores,  
ut lex Postumiae iubet magistrae  
ebriosa acina ebriosioris.

5  
at uos quo lubet hinc abite, lymphae,  
uini pernicies, et ad seueros  
migrate. hic merus est Thyonianus.

**XXVII** AD PINCERNAM SVVM Ω: *in O interstitium non est*

2 *ingere codices praeter B: iungere B: inger tres codices Gelli vi. 20. 6: inger εἴσκρασον Thes. Gloss. p. 576 Goetz 3 postumie O: posthumie GRVen 4 ebriosa acina Parthenius: ebrios(a)e Ω et codices Gelli acino Ω nisi quod habent acine AC: ebrioso acino Munro, Schwabe, Giri 5 ad Oh quo lubet Caesenas: quod iubet Ω 7 thi. GORVen*

## XXVIII

PISONIS comites, cohors inanis,  
aptis sarcinulis et expeditis,  
Verani optime tuque mi Fabulle,  
quid rerum geritis? satisne cum isto  
5  
uappa frigoraque et famem tulistis?  
ecquidnam in tabulis patet lucelli  
expensum, ut mihi, qui meum secutus  
praetorem refero datum lucello.  
o Memmi, bene me ac diu supinum  
10  
tota ista trabe lentus irrumasti.  
sed, quantum uideo, pari fuistis  
casu: nam nihilo minore uerpa  
farti estis. pete nobiles amicos.  
at uobis mala multa di deaeque  
15  
dent, opprobria Romulei Remique.

**XXVIII** AD VERAN(N)IVM ET FABVLLVM Ω: *nullum spatium in O*

2 apti sarcinulis et expediti *Wakefield*

6 *ecquidnam a: et quid nam Ω: ut quidnam A et Santenianus Post lucelli signum interrogationis habent GRVenLa<sup>1</sup> Inter 6, 7 lacunam statuit B. Schmidt 7 sequutus R*

9-10 *a u. 8 pendere ratus est Alex. Guarinus, et sic Lachm. et complures recentiorum 9 o mem mi OB et codex Ashburneri: o mēm mi R: omnem mi GVenLa<sup>1</sup>Da 10 trahe BGRVen nondum mutati tentus Voss*

11 *pari Oah: parum al. pari GRVenB fuisti GODPhil. 12 uerpa Laur. 33.12: urpa O: uerba al. uerpa uel urpa RVen: uerba G cum plerisque*

14 *nobis al. uobis R: uobis al. nobis GVen: nobis OABLa<sup>1</sup> 15 oprobria O: obpr. GRVen et plerique Romulei codd. quod immutare nolui*



15 alid *Statius*: alit Ω: ait *Da*

16 expatr.] *cf.* expatrauit ἐπετέλεσεν *Goetz Thes. Gloss. p. 416*

17 prima *ed. Trinc. Auantii*: primum Ω 19 libera *O* quem *Paris. 7989 et Bodl. Lat. Class. e. 15*  
scit *O*: sit Ω amni (anni *CLa*<sup>1</sup>) Ω: annis *Bodl. Lat. Class. e. 15*

20 sic Ω: timete Galliae, hunc time Britannia *Haupt*: et huicne Gallia et metet Britannia? *Munro*:  
sciuntque Galliae ultimam et Britanniae *Birt*: fort. Ruina Galliae est, erit Britanniae

21-4 post 10 transponebat *Mommsen* 21 hic] hinc *GORVenCD*

23 uerbis *D*: urbes *a et Bodl. Lat. Class. e. 15* urbis o piissime *Lachm.*: orbis o piissimei *Haupt*:  
urbis oppidissime *Heyse*: urbis ob luem ipsimae *Munro*: immo suae *h.e. propter eum qui lues et*  
*belues (Goetz Thes. Gloss. p. 136) est urbis suae Formiaram*: o bis improbissimi *E. M. Thompson*

24 gener socerque *Verg. Catalept. iii. 6*

### XXX

ALFENE immemor atque unanimis false sodalibus  
iam te nil miseret, dure, tui dulcis amiculi?

iam me prodere, iam non dubitas fallere, perfide?

. . . . .

. . . . .

nec facta impia fallacum hominum caelicolis placent.

5

quae tu neglegis ac me miserum deseris in malis.

eheu quid faciant, dice, homines cuiue habeant fidem?

certe tute iubebas animam tradere, inique, me

inducens in amorem, quasi tuta omnia mi forent.

idem nunc retrahis te ac tua dicta omnia factaque

10

uentos irrita ferre ac nebulas aereas sinis.

si tu oblitus es, at di meminerunt, meminit Fides,

quae te ut paeniteat postmodo facti faciet tui.

XXX AD ALPHENVVM (ALF. *BLa*<sup>1</sup>) Ω: in *C* interstitium non est

*Carmen κατὰ δύο decurrere, non ut Lachm. ed. 2 per strophas quaternorum, neque ut Bluemner*  
*ternorum, censeo. Bluemner uersus sic distribuebat 1. 2. 3. 6. 7. 8. 9. 10. 5. 4. 11. 12. 1 Alfene*

*A: Alphene Ω salse GOR: s/lse Ven 2 nihil (nichil G) Ω*

3 iam me prodere iam non me dubitas f. p. Ω: i. m. p. iam me non d. f. p. *AD Post hunc u. duos*  
*ego et Otto credimus excidisse*

4, 5 post 12 transponebat *Lachm.* 4 haec *a* 5 quae] quos *Froehlich, Giri*: quis (*abl.*) *Richards*:  
quom *Munro apodosin faciens u. 6; cf. Weber Quaest. Cat. p. 137 negligis Ω*

6 o heu Ω dice scripsi: dico Ω: dic *ed. Trinc. Auantii* cui ne Ω

7 tu te *GRVen* me *add. Auantius: om. Ω* 8 sic *h:* quasi omnia (*om. tuta*) *O:* quasi omnia tuta *cett.*  
9 idem *Oah Laur. 33.12:* inde *GACDLa*<sup>1</sup>: inde al. idem *RBVen* 10 uentos *ACah:* uento *GORBLa*<sup>1</sup>*D*  
11 sic *Ω nisi quod* ut dii, *non* at di *habent:* at dii meminerunt at meminit fides *codex Add. 11,674*  
*Musei Britannici:* meminere, at *Muretus*

### XXXI

PAENE insularum, Sirmio, insularumque  
ocelle, quascumque in liquentibus stagnis  
marique uasto fert uterque Neptunus;  
quam te libenter quamque laetus inuiso,  
<sup>5</sup>  
uix mi ipse credens Thuniam atque Bithunos  
liquisse campos et uidere te in tuto.  
o quid solutis est beatius curis?  
cum mens onus reponit, ac peregrino  
labore fessi uenimus larem ad nostrum,  
<sup>10</sup>  
desideratoque acquiescimus lecto.  
hoc est quod unum est pro laboribus tantis.  
salue o uenusta Sirmio atque hero gaude;  
gaudete uosque o Lydiae lacus undae;  
ridete quidquid est domi cachinnorum.

**XXXI** AD SIRMIVM INSVLAM *Ω:* in *O* primae litterae *P* caerulea nota adficta est

1 Sirinio *GO* 3 neptūnus *GRDVen* 4 libenter *Dah:* libente *Ω* 5 mihi *Ω* crederis al. credens *G:*  
crederis *D* Thuniam atque Bithunos *scripsi:* thi(y *O*)miam atque bithinios *Ω*

8 honus *B et R m. pr.* 12 hero al. bero *RVen:* bero *Laurentianus 33.12:* ero *nullus codex ex meis*  
13 gaude *O et Santenianus:* gaudente *Bergk* uos quoque lidi(a)e *Ω:* emendarunt uosque, uos o,  
uosque o lucidae *B. Guarinus:* limpidae *Auantius:* Lydii *Froehlich*

### XXXII

AMABO, mea dulcis Ipsithilla,  
meae deliciae, mei lepores,  
iube ad te ueniam meridiatum.  
et si iusseris, illud adiuuato,

ne quis liminis obseret tabellam,  
 neu tibi lubeat foras abire,  
 sed domi maneat paresque nobis  
 nouem continuas fututiones.  
 uerum si quid ages statim iubeto:

nam pransus iaceo et satur supinus  
 pertundo tunicamque palliumque.

**XXXII** AD IPSICIL(L)AM *uel* IPSIT(H)ILAM Ω: *spatium in O non est*

**1** ipsi thila *GBLa*<sup>1</sup>: ipsi illa O: ipsi Thila (ipsi-chila *Ven*) al. ipsicilla *RVen*: Hypsithilla *Scaliger*:  
 Ipsitilla *Buecheler*: Hypsiphylla *Palmer*: Ipsimilla *Leo*

**4** illud, adiuuato *Lachm.*: adiubeto *Turnebus* **5** luminis O **6** lubeat *GD et corr. R*: lube O: libeat *R*  
*m. pr., cum plerisque* **7** meas (*suprascr. an*) *R sed an pallidior atramento*

**9** agis *a* **11** tunicam *om.* que *a*

### XXXIII

O furum optime balneariorum  
 Vibenni pater et cinaede fili,  
 (nam dextra pater inquinatio,  
 culo filius est uoracior)

cur non exilium malasque in oras  
 itis? quandoquidem patris rapinae  
 notae sunt populo, et natis pilosas,  
 fili, non potes asse uendicare.

**XXXIII** cum **XXXII** continuant Ω nullo spatio relicto

**3, 4** *Carrio et Hand sic scribebant* nam dextra pater est uoracior, culo filius inquinatio

**4** uoracior al. uolantiore *GRVen*: uolantiore *AC*: uoratori al. uolant ori *B* **5** horas Ω **6** istis *a*

**8** potest a se (*uel ase*) uendicare Ω

### XXXIV

DIANAE sumus in fide

puellae et pueri integri:  
Dianam pueri integri  
puellaeque canamus.

5

o Latonia, maximi  
magna progenies Iouis,  
quam mater prope Deliam  
deposiuit oliuam,  
montium domina ut fores  
10 siluarumque uirentium  
saltuumque reconditorum  
amnumque sonantum:

**XXXIV** CARMEN DIANE (DYANE *R*, *marg. Ven*) Ω: *spatium in O non est*

**3** *om. Ω: uersum reposuit Palladius 1500*

**8** deposiuit *Caesenas*: deposuit Ω **11** saltumque recunditorum *O* **12** amnumque *Calp. 1481*:  
omnumque sonancium *O*: omnum sonantiumque *Par. 7989*: omnum sonantium Ω

tu Lucina dolentibus  
Iuno dicta puerperis,  
15 tu potens Triuia et notho's  
dicta lumine Luna.

tu cursu, dea, menstruo  
metiens iter annuum,  
rustica agricolae bonis  
20 tecta frugibus exples.

sis quocumque tibi placet  
sancta nomine, Romulique  
antique ut solita's bona  
sospites ope gentem.

**15** notho's *L. Mueller*: nothoes al. noto es *GRVen* **16** diua *Weber*

**17** menstrua Ω **18** menti(ci *La*<sup>1</sup>)ens *OLa*<sup>1</sup>

**21** scis quecumque tibi placent al. sis quocumque tibi placet *GRBVen*: scis quecumque tibi placet  
*OD*: sis quecumque tibi placent *ACLa*<sup>1</sup> **23** antiqui *B ubi seorsus habet, in folio quod ceteris*  
*praefixum est, xxxiv.15-xxxv.14*: antique *B suo loco*: ancique *h et sic ex coniectura Merula*  
*Scaliger Niebuhr* solita's *Lucian Mueller*: solitas es (est *Sant.*) *A et Santenianus*: solita es Ω



POETAE tenero, meo sodali,  
uelim Caecilio, papyre, dicas  
Veronam ueniat, Noui relinquens  
Comi moenia Lariumque litus.

5

nam quasdam uolo cogitationes  
amici accipiat sui meique.  
quare si sapiet uiam uorabit,  
quamuis candida milies puella  
euntem reuocet, manusque collo

10

ambas iniciens roget morari.  
quae nunc, si mihi uera nuntiantur,  
illum deperit impotente amore.  
nam quo tempore legit incohata  
Dindymi dominam, ex eo misellae

15

ignes interiorem edunt medullam.  
ignosco tibi, Sapphica puella  
musa doctior; est enim uenuste  
magna Caecilio incohata mater.

**XXXV** AD CECILIVM IVBET LIBELLVM (-LO *GRVenD*) LOQVI Ω: *spatium nec in G nec in O*

**2** occilio O **4** moenia] ueniam O: meniam G *m. pr., nunc erasum est 3 h.e. m*

**8** millies *GRVen*: mill'ies OC **10** iniciens *B utroque loco*: inities O

**11** nunt. *RVen*: nunc. GO **12** impotente amore *a et Charisius 133.25 Keil*: impotentem amorem  
(amore *GVen* amorem R) Ω

**13** elegit Ω: eligit O indotata Ω

**18** cecilia Ω incohata *OD Paris 7989*: inchoata Ω

## XXXVI

ANNALES Volusi, cacata carta,  
uotum soluite pro mea puella.  
nam sanctae Veneri Cupidinique  
uouit, si sibi restitutus essem

5

desissemque truces uibrare iambos,  
electissima pessimi poetae

scripta tardipedi deo daturam  
infelicibus ustulanda lignis.  
et haec pessima se puella uidit

10

iocose lepide uouere diuis.  
nunc o caeruleo creata ponto,  
quae sanctum Idalium Vriosque apertos,  
quaeque Ancona Cnidumque harundinosam  
colis quaeque Amathunta, quaeque Golgos,

15

quaeque Durrachium Hadriae tabernam;  
acceptum face redditumque uotum,  
si non illepidum neque inuenustum est.  
at uos interea uenite in ignem,  
pleni ruris et inficetiarum

20

annales Volusi, cacata carta.

**XXXVI** AD LVSI CACATAM (Lusicatam C) Ω: cum **XXXV** cohaeret in O

**1** Annuale (Anuale O) suo lusi Ω: Volusi *ed. antiquissima saec. xv*

**5** desissemque *Auantius*: dedissemque Ω **7** datura D, *Spengel* **8** ustul. *Buecheler*: ustil. *codices*  
**9** haec O, *ut uidit Merrill, idem praetulerunt Pontanus ad Macrob. S. I. 7, R. W. Raper, alii*: hoc  
(*suprascr. e*) D: hoc Ω: *om. a uidit] fort. uicit* **10** iocosis *Riese* uouere se diuis Ω: et haec p.  
sic p. u. ioco se l. u. d. *Postgate*

**11** o *om. O* **12** adalium al. ydalium *GRVen*: adalium O uriosque Ω: utriosque (*suprascr.*  
uriosque G) *GD*: uiuosque *cod. Ashburneri*: Vriosque portus *Heinsius*: Surosque *Voss*: Chytrosque  
*Bergk*: Thronosque *Unger* **13** gnidumque (que *om. BLa<sup>1</sup>*) Ω **14** sic *Auantius* colisque  
amathunta (-tam O) queque alcos Ω **15** dur. Ω

**19** ruris *Palladius*: turis (turris *BLa<sup>1</sup>*) Ω **20** annuale (anu. O) suo lusi (lusio O) cacata carta Ω

## XXXVII

SALAX taberna uosque contubernales,  
a pilleatis nona fratribus pila,  
solis putatis esse mentulas uobis,  
solis licere, quidquid est puellarum,

5

confutuere et putare ceteros hircos?

an, continenter quod sedetis insulsi  
centum an ducenti, non putatis ausurum  
me una ducentos irrumare sessores?  
atqui putate: namque totius uobis  
<sup>10</sup>  
frontem tabernae †sopionibus† scribam.

**XXXVII** AD CONTVBERNALES (SVOS *add. AC*) Ω: *nullum spatium in O*

2 pilleatis *O et G m. pr.*: pileatis *RVen* non a Ω 4 quicquid Ω 5 confutuere *a*: confuture  
(*suprascr. e*) *D*: confutere Ω

10 scorpionibus *marg. Paris. 7989, Lachm.*: sopironibus *Voss*: sponsionibus *Heyse*: ropionibus  
*Peiper. allato uersu ap. Mar. Plot. Sacerdotem de Tropis (Grammat. Lat. vi. 2. p. 461 Keil)* Quem  
non pudet et rubet non est homo sed ropio: gobionibus *Purues*: num cocionibus? *h.e. frontem*  
*tabernae inscribam uocabulo 'cocionibus,' utpote oppositam pignori et mox uenalem*

puella nam mei, quae meo sinu fugit,  
amata tantum quantum amabitur nulla,  
pro qua mihi sunt magna bella pugnata,  
consedit istic. hanc boni beatique

<sup>15</sup>  
omnes amatis, et quidem, quod indignum est,  
omnes pusilli et semitarii moechi;  
tu praeter omnes une de capillatis,  
cuniculosae Celtiberiae fili,  
Egnati, opaca quem bonum facit barba  
<sup>20</sup>  
et dens Hibera defricatus urina.

11 mei (*h.e. mi*) *Schwabe; cf. lxxii.6. lxxvii.3*: me Ω meos sinus *Passeratius* 12 quantum]  
quam *O* 15 et quid id dignum est *Bodl. Lat. Class. e. 15* num et quidem, id quod indignum est?  
*Post u. 16 codices praeter GO interstitium habent unius uersus in quo scriptum est AD EGNATIVM*  
*(-TVM B); idem in margine habent GO, sed abest interstitium* 17 une Ω, *Priscianus v. 77. vii. 22*  
*Keil*: une al. uno *G*: uno al. une *Ven* 18 cuniculosae Celtiberosae *Prisciani codices excepto*  
*Darmstadiensi siue Coloniensi 202 saec. xi.*: Celbiberie *O*: Celtiberi *GRVenBLa<sup>1</sup>*: Celtiberi  
(*suprascr. e*) aç *C* 20 et] *e O*

## XXXVIII

MALEST, Cornifici, tuo Catullo,  
malest, me hercule †et† laboriose,

et magis magis in dies et horas.  
quem tu, quod minimum facillimumque est,

5

qua solatus es allocutione?  
irascor tibi. sic meos amores?  
paulum quid lubet allocutionis,  
maestius lacrimis Simonideis.

**XXXVIII** cum **XXXVII** continuant Ω: spatium in O non est

1 Male est si carnifici Ω *praeter R: R habet* Male est si carnifici *suprascriptum his* M̃ale est. Ãle  
est si carnifici *cuius deformati uersus principio* va-, *fini* cat *adscriptum est: Cornifici Palladius*

2 male si GO: male est... si R: male est si VenBLa<sup>1</sup>ACa me hercule et l. Ω: me h. et est l. Sillig: me  
h. ei et l. Lachm.: num me h. mi et l.? 4 in Laurentiano 33.12 sic scriptus est

*quem tu quod minimum  
facilimumque est*

*quo indicio mancum declaratur poema* 5 aloc. OLa<sup>1</sup>B 7 aloc. O 8 maius est *Morgenstern,*  
*distractis scilicet litteris* MA EST IVS Post 8 *Froehlich* subiungendos putauit ii. 11-13 'Tam  
gratum est mihi quam ferunt puellae Pernici aureolum fuisse malum, Quod zonam soluit diu ligatam.'

## XXXIX

EGNATIUS, quod candidos habet dentes,  
renidet usque quaque: sei ad rei uentum est  
subsellium, cum orator excitat fletum,  
renidet ille: si ad pii rogum fili

5

lugetur, orba cum flet unicum mater,  
renidet ille: quidquid est, ubicumque est,  
quodcumque agit, renidet: hunc habet morbum,  
neque elegantem, ut arbitror, neque urbanum.  
quare monendum test mihi, bone Egnati.

**XXXIX** cum **XXXVIII** continuant Ω

2 sei O et Laur. 33.12 *quod non ausus sum immutare:* seu al. sei RVen: seu G et plerique

3 subs(sc O)ellum cum excitat (recitat AC) orator Ω 4, 5 om. Dh 4 pii BLa<sup>1</sup>: pii al. impii GRVen:  
impii O rogum BD et Santenianus: regum Ω filii Ω 6 quicquid Ω 8 nec urbanum O

9 test] est codd. te add. Spengel, est te Baehrens monendus es Calp. 1481

10

si urbanus esses aut Sabinus aut Tiburs,

aut parcus Vmber aut obesus Etruscus,  
aut Lanuinus ater atque dentatus,  
aut Transpadanus, ut meos quoque attingam,  
aut qui lubet, qui puriter lauit dentes,

15

tamen renidere usque quaque te nollem:  
nam risu inepto res ineptior nulla est.  
nunc Celtiber es: Celtiberia in terra,  
quod quisque minxit, hoc sibi solet mane  
dentem atque russam defricare gingiuam,

20

ut quo iste uester expolitor dens est,  
hoc te amplius bibisse praedicet loti.

**11** parcus Ω: parthus *cod. Ashburneri*: porcus *h et Brixianus, Scaliger ex coniectura*: pinguis *Gloss. Vatic. in Maii Class. Auct. VII. 574* Pinguis grassus. Nam obesus plus est quam pinguis. Catullus ait Aut pinguis ubera aut obesus et prossus: fartus *Balth. Venator*: pastus *Voss*: crassus *Loewe*: num spurcus? **12** lanuinus *D et fortasse R*: lamiuinus *GOB* **13** ut *Dah*: aut Ω **14** pariter uel puriter *RVen* **16** Extat apud Hieremiam Iudicem de Montagnone *Compend. Moral. Notabil. p. iiii. 4. 8*

**17** es *add. Conr. de Allio: om. codices* **18** quique mixit *O*: minxit (*suprascr. x*) *B*: minsit *D et cod. Ashburneri* **19** russam *a, Apuleius Apol. vi*: rusam Ω: rufam *cod. Ashb.* pumicare *Apuleius* **20** noster *Oa* expolitor al. tior *BRVen*: expolitor *OLa*<sup>1</sup> **21** lotus Ω: lotum *h et cod. Ashburneri*

QUAENAM te mala mens, miselle Rauide,  
agit praecipitem in meos iambos?  
quis deus tibi non bene aduocatus  
uecordem parat excitare rixam?

5

an ut peruenias in ora uulgi?  
quid uis? qua lubet esse notus optas?  
eris, quandoquidem meos amores  
cum longa uoluisti amare poena.

**XL** AD RAVIDVM Ω: *nullum spatium in O*

**1** Raude *Faernus, L. Mueller*

**3** deus *om. B: dens OA* auocatus (*suprascr. d*) *G: auoc. ORBLa<sup>1</sup>Ch* **5** peruenias *p: perueniamus*  
Ω *Versum adulterinum ratus est Schmidt; sed in ora uulgi uidetur imitatus Henricus Allocut. ad*  
*librum 29 Traube (Poet. Lat. aevi Carolini III, p. 437) et ni proripias in ora uulgi*

**6** cuiuis *Voss*

**8** pena *Oa Laur. 33.12: poema al. pena(ę R) GRVen*

## XLI

AMEANA puella defututa  
tota milia me decem poposcit,  
ista turpiculo puella naso,  
decoctoris amica Formiani.

5

propinqui, quibus est puella curae,  
amicos medicosque conuocate:  
non est sana puella, nec rogare  
qualis sit solet aes imagosum.

**XLI** cum **XL** continuant codices

**1** A mean a O: A me an a *GRBVen* *Id pro Ammiana rustice dictum putabat Froehner: Anne sana*  
*Conr. de Allio et K.P. Schulze: Ametina Haupt: Anniana Schwabe* defututa *DOG: defutura cett.*

**5** puella *AC: puelle Ω* **6** conuocare Ω: conuacate *C* **7** rogate *ACa Lachm.* **8** olet *AC aes*  
*Froehlich: et Ω: en imagosam Doering* nec rogare qualis sit solet *Ammiana nasum R. Y.*

XLII

ADESTE, hendecasyllabi, quot estis  
omnes undique, quotquot estis omnes.  
iocum me putat esse moecha turpis,  
et negat mihi uestra reddituram

5

pugillaria, si pati potestis.  
persequamur eam, et reflagitemus.  
quae sit, quaeritis. illa, quam uidetis  
turpe incedere, mimice ac moleste  
ridentem catuli ore Gallicani.

10

circumsistite eam, et reflagitate,  
‘moecha putida, redde codicillos,  
redde, putida moecha, codicillos.’

**XLII** cum **XLI** continuant codices

**1** endecha sillabi *GORVen* quot estis omnes] *Carm. Epigr. 1504.13 Buech.* quot est[is om]nes

**3** locum al. iocum *GBRVen*: locum *OLa*<sup>1</sup> **4** uestra  $\Omega$ : nostra *ed. Trinc. Auantii* **5** *Charis. 97.12*  
*Keil* ‘Haec pugillaria saepius neutraliter dicit idem Catullus in hendecasyllabis.’

**7** illa *OBah Laurentiani*: illam *GACD et R m. pr.*: illam al. illa *Ven* **8** mimice *Turnebus*: mirmice  
(mirinice *O*)  $\Omega$ : mimicae *Phil.* (= *Bod. Lat. Class. e. 17*) *Post* moleste *distinguit Giri* **9** catulli  $\Omega$

**12** *om. Dh et R, sed in R postea sic additus est uersui* **11** *ut unam lineam ambo continuarent*

non assis facis? o lutum, lupanar,  
aut si perditius potes quid esse.

15

sed non est tamen hoc satis putandum.  
quod si non aliud potest, ruborem  
ferreo canis exprimamus ore.

conclamate iterum altiore uoce  
‘moecha putida, redde codicillos,

20

redde, putida moecha codicillos,’  
sed nil proficimus, nihil mouetur.  
mutanda est ratio modusque uobis,  
siquid proficere amplius potestis,

‘pudica et proba, redde codicillos.’

**13** facit *Schmidt, Halbertsma* **14** potes *GORVen, Laur. 33.12. cod. Ashburneri*, potest *La<sup>1</sup>CDa et plerique*

**15** tamen hoc satis *GODh*: tamen satis hoc (haec *Ca*) *RVenBLa<sup>1</sup>Ca*: satis tamen hoc *A*

**16** pote, ut *uel* potest, ruborem Ferreo ut canis e. o. *Munro*: pote ut *iam coni. Pleitner* **17** ferre/o/  
*Gr*: ferre o *OBLa<sup>1</sup>ACa*

**21-24** *om. a* **21** nichil proficimus, nil mouetur *GD*, sed *hic sine spatio*: nihil pr. nihil m.  $\Omega$

**22** uobis *marg. p*: nobis  $\Omega$

### XLIII

SALUE, nec minimo puella naso,  
nec bello pede nec nigris ocellis,  
nec longis digitis nec ore sicco,  
nec sane nimis elegante lingua,  
<sup>5</sup>  
decoctoris amica Formiani.  
ten prouincia narrat esse bellam?  
tecum Lesbia nostra comparatur?  
o saeculum insapiens et infacetum!

**XLIII** cum **XLII** continuant codices

**1** nimio *Scaliger ex cod. Cuiaciano (p)* **5** ex *XLI.4 inlatum ratus est Iacobus Mowat Cantabrigiensis*

**6** prouintia *BRh*

**8** o sedum *OB* insapiens  $\Omega$ , *Ernstius Var. Obseruat. i. 15*: insapiens *a*, *Muretus* atque *GVen*

### XLIV

O funde noster seu Sabine seu Tiburs,  
(nam te esse Tiburtem autumant, quibus non est  
cordi Catullum laedere: at quibus cordi est,  
quouis Sabinum pignore esse contendunt)  
<sup>5</sup>  
sed seu Sabine siue uerius Tiburs,



fui libenter in tua suburbana  
uilla, malamque pectore exspui tussim,  
non inmerenti quam mihi meus uenter,  
dum sumptuosas appeto, dedit, cenas.

10

nam, Sestianus dum uolo esse conuiuia,  
orationem in Antium petitozem  
plenam ueneni et pestilentiae legi.  
hic me grauedo frigida et frequens tussis  
quassauit usque dum in tuum sinum fugi,

15

et me recurauit otioque et urtica.  
quare reffectus maximas tibi grates  
ago, meum quod non es ulta peccatum.  
nec deprecor iam, si nefaria scripta  
Sesti recepso, quin grauedinem et tussim  
20  
non mihi, sed ipsi Sestio ferat frigus,  
qui tunc uocat me, cum malum librum legi.

#### **XLIV** cum **XLIII** continuant Ω

2 cum *erasum* ante quibus *G* 4 pignore *ACh*a: pignoris Ω 7 uilla] uilam *cod. Ashburneri*  
malamque *Ald. I*: aliamque *codd.* exspui *scripsi*: expui tussim *Scaliger*: expulsus sim Ω: expuli t.  
*Auantius* 8 meus uenter *Faernus*: mens uertur *GORVenLa*<sup>1</sup>*C*: uertitur mens al. uertur *B*: mens  
uertetur *cod. Ashburneri* 10 fest. *O* conuiuia *R*: conuiuia *pr. Ven* 11 orationem (-ne *O*)  
minantium petitorum (-rem *O*: petitorē (*suprascr.* u) *R*) Ω: *correxit Faernus*  
13 hoc *O* grauedo *ACa*: grauido *GORVenBLa*<sup>1</sup>*D* 15 ocimoque *Muretus*  
17 que *BLa*<sup>1</sup>  
19 sestis recepso *Palladius*: sestire cepso Ω quin *a*: qui Ω grauedinem Ω 20 mi *a*, *Auantius*  
Sectio *GOLa*<sup>1</sup>: sectio al. sestio *Ven*: sextio *Ba* 21 legi *Lachm.*: legit Ω: legit librum *Ald. I*

#### XLV

ACMEN Septimios suos amore  
tenens in gremio ‘mea’ inquit ‘Acme,  
ni te perdit amo atque amare porro  
omnes sum assidue paratus annos

5

quantum qui pote plurimum perire,

solus in Libya Indiaque tosta  
caesio ueniam obuius leoni.’  
hoc ut dixit, Amor sinistra ut ante,  
dextram sternuit approbationem.

10

at Acme leuiter caput reflectens,  
et dulcis pueri ebrios ocellos  
illo purpureo ore suauiata,  
‘sic,’ inquit ‘mea uita Septimille,  
huic uni domino usque seruiamus,

15

ut multo mihi maior acriorque  
ignis mollibus ardet in medullis.’  
hoc ut dixit, Amor sinistra ut ante,  
dextram sternuit approbationem.  
nunc ab auspicio bono profecti

20

mutuis animis amant amantur.  
unam Septimios misellus Acmen  
mauult quam Syrias Britanniasque:  
uno in Septimio fidelis Acme  
facit delicias libidinisque.

25

quis ullos homines beatiores  
uidit, quis Venerem auspiciorem?

**XLV** cum **XLIV** continuant Ω

**1** Ac men *GRBVen*: Agmen *AC* Septimios *O*: Septimos *GB* (*m. pr.*) *La*<sup>1</sup>*RVen* **3** perditī Ω **5** qui  
pote *Calp. 1481*: qui potest Ω: num quist pote?

**7** cesio *GORVen* **8, 9** sinistra ut ante dextra st. approbatione Ω: sinister ante *Voss*: sinister astans  
*Munro*: sinistra amanti *Macnaghten*

**9** dextram *ap* **10** at Acme *Calp. 1481*: ad hanc (*hac O*) me Ω, nisi quod *R* habet at sed ut uidetur  
super rasuram **12** suauiata *a*: sauiata *AC*: saniata *GOBLa*<sup>1</sup> *DVen* **13** septimille *BLa*<sup>1</sup>*D*: septinulle  
*GO*: septimille al. septinulle *RVen* **14** Post uni solito maius spatium est in *G* uno *Bhp*

**17** sinistrauit ante Ω: corr. *ACDa*

**21** Septumius Ω agmen Ω **22** sy(i *O*)riasque *GORVenBLa*<sup>1</sup> **24** libidinesque ex -nisque *R*

IAM uer egelidos refert tepores,  
iam caeli furor aequinoctialis  
iucundis Zephyri silescit aureis.  
linquantur Phrygii, Catulle, campi

5

Nicaeaeque ager uber aestuosae:  
ad claras Asiae uolemus urbes.  
iam mens praetrepidans auet uagari,  
iam laeti studio pedes uigescunt.  
o dulces comitum ualete coetus,

10

longe quos simul a domo profectos  
diuersae uariae uiae reportant.

**XLVI** *cum XLV continuant codices*

**1** uere gelidos Ω **3** ioc. Ω aureis *GOVen: aureis RBC*

**4** liquantur *OD* catule *OLa*<sup>1</sup> **5** ager (acer *BLa*) ruber estuore Ω **6** claras] c *super rasuram R*

**10** quos *R (ex q<sup>o</sup>3 factum est q<sup>o</sup>l), D: quo GOBLa*<sup>1</sup>*Ch: que Aa* **11** sic *Victorius* diuerse uarie  
*GORVen: diuerse uariae B m. pr.: maria et Palmer*

## XLVII

PORCI et Socration, duae sinistrae  
Pisonis, scabies famesque mundi,  
uos Veraniolo meo et Fabullo  
uerpus praeposuit Priapus ille?

5

uos conuiuia lauta sumptuose  
de die facitis? mei sodales  
quaerunt in triuio uocationes?

**XLVII** *cum XLVI continuant codices*

**2** mundi *B, Carpentoractensis, cod. Ashburneri: Mindi Statius: Muni nescio quis ap. Hugonem Magnus (Bericht über Catull 1887-1896)* **4** p̄posuit (*h.e. preposuit*) *R: proposuit cett. etiam Ven*

## XLVIII

MELLITOS oculos tuos, Iuuenti,  
siquis me sinat usque basiare,  
usque ad milia basiem trecenta,  
nec *mi* umquam uidear satur futurus,

5

non si densior aridis aristis  
sit nostrae seges osculationis.

**XLVIII** *cum XLVII continuant codices*

1 iuuenti *corr. R: uiuenti Bha: inuenti (in uenti G) Ω* 3 basia (*suprascr. e{3}*) R 4 nec mi umquam  
*Statius: nec numquam Ω: nec umquam ADahp* uidear *Bapt. Guarinus: inde cor Ω* 6 sint O:  
*sint R In G post sit solito longius est spatium. 'Le t (de sit) est sur un grattage qui s'étend un*  
*peu après' Benoist*

**XLIX**

DISERTISSIME Romuli nepotum,  
quot sunt quotque fuere, Marce Tulli,  
quotque post aliis erunt in annis,  
gratias tibi maximas Catullus  
5  
agit pessimus omnium poeta,  
tanto pessimus omnium poeta,  
quanto tu optimus omnium's patronum.

**XLIX** *Spatium unius uersus in Ω sed diuerse interscriptum AD CICERONEM G: AD M. T. CICERONEM*  
*B: AD M. TVLLIVM CICERONEM La<sup>1</sup>: AD ROMVLVM RVen nondum mutati: AD TVLLIVM C*  
2 quot fuerunt AC: *num quot fueruntque? marce (suprascr. o) G: .M. O* 7 omniums R *solus sed s*  
*curuis lineis inclusa (s): omnium cett. patronum GCLa<sup>1</sup>: patronum, mox correctum in patronus*  
*RVen: patronus Oah, Paris. 7989, Carp. et cod. Ashburneri*

**L**

HESTERNO, Licini, die otiosi  
multum lusimus in meis tabellis,  
ut conuenerat esse delicatos.  
scribens uersiculos uterque nostrum

ludebat numero modo hoc modo illoc,  
reddens mutua per iocum atque uinum.  
atque illinc abii tuo lepore  
incensus, Licini, facietisque,  
ut nec me miserum cibus iuuaret,

nec somnus tegeret quiete ocellos,  
sed toto indomitus furore lecto  
uersarer, cupiens uidere lucem,  
ut tecum loquerer, simulque ut essem.  
at defessa labore membra postquam

semimortua lectulo iacebant,  
hoc, iucunde, tibi poema feci,  
ex quo perspiceres meum dolorem.  
nunc audax caue sis, precesque nostras,  
oramus, caue despuas, ocelle,

ne poenas Nemesis reposcat a te.  
est uehemens dea: laedere hanc caueto.

**L** AD LVCINIVM *GVen: AD LI(Y Laur. 33.12)CINIVM RBACa Laurentiani: spatium unius uersus in O*

**1** lucini *D* **2** inuicem *Sabellicus* **3** dellicatos *R*

**5** ludebat (*suprascr. al. le*) *RVen* illos *O* **7** abii *R: abiit Ω* **8** lacini *GOCRVen: lucini D*

facetiesque *scripsi: taceti (que add. La<sup>1</sup>) tuique Ω* **10** somnos *GOC: sonnos BLa<sup>1</sup>* **12** uersaretur *R*  
ueisaretur *Ω: uersare cod. Ashburneri* **13** omnem *al. essem GBRVen: omnem D*

**14** at *BLa<sup>1</sup>a: ad Ω* **16** ioc. *Ω*

**18** caue sis *Ald. I: caueris codices praeter A: caneris A* **19** ocelle *Alex. Guarinus: ocello Ω* **20** ne  
messis *Ω* reposcat (*resp. O*) *GOh: reponat cett.*

**21** uehemens *Ω: uemens Statius*

## LI

**LI** AD LESBIAM *Ω: spatium unius uersus in O*

ILLE mi par esse deo  
uidetur,  
ille, si fas est, superare  
diuos,  
qui sedens aduersus

**1** mi impar *G: mihi impar Ω: corr. p* **3** te hic scriptum habet *G, sed in 4 ante*  
spectat *Ω* **4** spe ctat *G: tespectat Ω*

identidem te  
spectat et audit

5

dulce ridentem, misero  
quod omnis  
eripit sensus mihi: nam  
simul te,  
Lesbia, aspexi, nihil est  
super mi

. . . . .

lingua sed torpet, tenuis  
sub artus

10

flamma demanat, sonitu  
suopte  
tintinant aures, gemina  
teguntur  
lumina nocte.

\*

otium, Catulle, tibi  
molestum est:  
otio exsultas nimiumque  
gestis:

15

otium et reges prius et  
beatas  
perdidit urbes.

5 misero quod *G ex corr.*, *ACa*: miseroque *ORB (m. pr.) La<sup>1</sup>h*: miseroque al.  
quod *Ven* 8 *om. codd.* quod loquar amens *Parthenius*: uocis in ore *Doering*:  
guttur uocis *Westphal*: uocis ut olim uel ut ante *Schulhof* Longini de *Subl.*  
*codex Parisinus, in quo extat Sapphus carmen quod hic uertit Catullus habet*  
ὡς|γὰρ|σοῖ|δω|βρόχεώς|μεφωνᾶς|οὐδὲν|ἔτ' ἔ|κει, sic enim ex codice  
*transcripsit Rhys Roberts p. 70 ed. suae*

10 flamina *GORVen, B m. pr.* 11 tintinant *R*: tintiant *O*: tintinnat *GVenAC*  
geminae *Schrader*: gemina et *Spengel* 12 lumina *ODah*: limina *Ω*

*uu. 13-16 qui sine spatio secuntur u. 12. in codicibus nullo modo possunt cum*  
*eo cohaerere. Itaque indicaui lacunam* 13 Catulli (Catuli *OLa<sup>1</sup>*) *Ω* *Versum*  
*uidetur respexisse Macrobius Sat. II. 7.6* 'Toculari deinde super cena exorta  
quaestione quodnam esset molestum otium, aliud alio opinante, "Podagrici  
pedes" inquit' 14 exultas *Ω* *fort. nimiusque* 15, 16 *extant apud Hieremiam*  
*Iudicem de Montagnone Compend. Moral. Notabilium, p. iii 4.8 ubi pro*  
*perdidit traditum est per odit uel reddidit*

## LII

QUID est, Catulle? quid moraris emori?  
sella in curulei Struma Nonius sedet,  
per consulatum perierat Vatinius:  
quid est, Catulle? quid moraris emori?

**LII** IN NOVIVM *Ω*: *spatium unius uersus in O*

1, 4 emori *p*: mori *Ω*

2 curulu *O*: curuli *cett.* struma *Ω*: scrofa *Mar. Victorinus 174 Gaisford* Nonius *Plin. H. N.*  
*xxxvii. 81, Boet. de Cons. Philosoph. iii. 4, Mar. Victorinus 174, Atil. Fortunatianus 314 Gaisf.:*  
nouius (nouus *Aa*) *codices Catulli* 3 perierat *GOVenBLa<sup>1</sup>, Vsener*: peŕierat *R*: peierat *ACDa*  
Vatinius *OD* uac. *GRVen et plerique*

### LIII

RISI nescio quem modo e corona,  
qui, cum mirifice Vatiniana  
meus crimina Caluos explicasset,  
admirans ait haec manusque tollens,  
<sup>5</sup>  
‘di magni, salaputium disertum!’

**LIII** cum **LII** continuant Ω: interstitium unius uersus in O

**1** e ap, uulgo: et Ω: ec uel ex Baehrens **2** uac. GACVen Laurentiani et B m. pr. **3** meos Ω  
crimina al. carmina G: carmina DaVen **4** amirans O manusque al. inanius RVen **5** dii Ω  
salapantium desertum Ω: salafantium cod Ashburneri: salap(pp Carp. et Bon. 2744) utium Phil.,  
Carp., Bon. 2744 salaputtium codex Bruxellensis Senecae Controu. vii. 19 p. 211 Bursian  
disertum Seneca et sic Da Ad marginem u. 5 adscriptum est in GRC de Othonis (Oct. G, ott. R)  
capite quod idem inter u. 4 et 5 habent ABLa<sup>1</sup>Ven ah

### LIV

OTHONIS caput oppido est pusillum,  
†et Heri† rustice, semilauta crura,  
subtile et leue peditum Libonis.

. . . . .

. . . . .

at non effugies meos iambos

. . . . .

. . . . .

si non omnia displicere uellem

<sup>5</sup>  
tibi et Fufficio seni recocto

. . . . .

irascere iterum meis iambis

inmerentibus, unice imperator.

**LIV 1** Otonis GORVen: Octonis BLa<sup>1</sup>D apido O: opido AG est suprascr. habet C recentiore  
atramento, om. Scaliger, Schwabe, Schulze, Schmidt oppido est p. parenthesin faciebat Munro  
Post hunc u. secuntur in codd. duo uersus Hoc iocunde tibi poema feci Ex quo perspiceres meum  
dolorem ex **L. 16 17** repetiti **2** et eri O: et eri (suprascr. h) G: et heri RVenACDa: et beri BLa<sup>1</sup>:

Heri Muretus: Vetti Voss: Neri L. Mueller: Thori Peiper: Hirri ego et F. Hermes, cf. Giri p. 188  
rustica Turnebus: et trirustice Munro

Post 3 reuocauit uersum qui extat apud Porphyronem ad Hor. C. i. 16. 22 Denique Catullus cum  
maledicta minaretur sic ait: At non effugies meos iambos 4 si non omnia. displicere uellem Munro  
5 Fuff. Scaliger: sufficio uel suffitio Ω seni recocto Calp. 1481: seniore cocto (cocto al. p G)  
OG: seniore copto Ω

Inter 5 et 6 codices praeter O habent IN CAMERIVM, sed G tantum in margine; O adscriptum  
habet =, quo noui carminis initium plerumque significatur. Lacunam indicaui 7 signum  
interrogationis post imperator add. Riese

## LV

ORAMUS, si forte non molestum est,  
demonstres ubi sint tuae tenebrae.  
te campo quaesiuius minore,  
te in Circo, te in omnibus libellis,  
5  
te in templo summi Iouis sacrato.  
in Magni simul ambulatione  
femellas omnes, amice, prendi,  
quas uultu uidi tamen serenas.  
†a uelte†, sic ipse flagitabam,  
10  
Camerium mihi pessimae puellae.  
quaedam inquit, nudum reduc . . .  
‘en hic in roseis latet papillis.’  
sed te iam ferre Herculei labos est;  
14  
tanto te in fastu negas, amice.

LV 1 molestus es Ω 2 demostres D et cod. Ashburn.

3 in minore Ω: in del. Scaliger: te in campo q. minore Silig 4 te in C.] id al. in GRVen: id Oh  
ligellis Bapt. Guarinus: Goetz Thes. Gloss. Emend. ligellum tuguriolum

7 prendi O: prehendi Ω 8 serenas AD: serena Ω: sereno h Phil., Munro

9 a uelte GOVenAC et sic R m. pr.: ue<sup>—</sup>te R corr.: a uelite BLa<sup>1</sup> Phil. cod. Ashburn.: auli te Bodl.  
Lat. Class. e. 15: aullistis Doederlein: auens te Schwabe: puellae Birt: auelli tamquam infinitium  
exclamationis Owen: ain? te ego, quod probauit F. Plessis in libello Traité de Métrique Grecque  
et Latine p. 305 ipse Ω: usque ego

11 quedam ORB: quendam cett. reduc Ω: reduce Da: sinum reducens Auantius: s. recludens  
Riese: reducta pectus ego et Rossberg 12 en Ra cod. Ashburn.: em OLa<sup>1</sup>B m. pr., Ribbeck: hem  
GDVen hic RDa: hec Ω: fort. en ecce



(1a)

non custos si fingar ille Cretum,  
non si Pegaseo ferar uolatu,  
non Ladas ego pinnipesue Perseus,  
non Rhesi niueae citaeque bigae;

(5a)

adde huc plumipedas uolatilesque,  
uentorumque simul require cursum,  
quos iunctos, Cameri, mihi dicares;  
defessus tamen omnibus medullis,  
et multis languoribus peresus,

(10a)

essem te mihi, amice, quaeritando.

15

dic nobis ubi sis futurus, ede  
audacter, committe, crede lucei.  
nunc te lacteolae tenent puellae?  
si linguam clauso tenes in ore,  
fructus proicies amoris omnes.

20

uerbosa gaudet Venus loquella.  
uel, si uis, licet obseres palatum,  
dum nostri sis particeps amoris.

**1a-10a** codices habent post **LVIII. 5.** Huc reuocauit Froehlich; post **13** ed. antiquissima saec. xv **2a** post **3a** statuebat Muretus **3a** primipesue al. pinnipes GRVen: primipesue OLa<sup>1</sup>AC cod. Ashburn. **4a** thesi O niuee GDah: uinee Ω. niueis citisque bigis Muretus **5a** plumipedas cod. Ashburn.: plumipedes D Lachm. **7a** uinctos BLA<sup>1</sup>Aah et sic Benoist, Giri: uictos O **9a** languoribus Ω pressus cod. Ashburn.: fort. peressus **10a** mi Scaliger

Hos decem uersus **1a-10a** Birt fragmentum putat carminis alterius ad Camerium scripti, quod magis rhetoricum esset et magno apparatu fabulari, Perseo Rheso similibus, ornatum et oneratum

**16** audacter (-citer O) hoc Ω crede al. crude GVen et sic R, in quo tamen crude recentius exaratum uidetur lucei Scaliger: lucet Ω: licet AC

**17** hunc a: num h

**18** tenens GOD: tenens R: sic l. c. tenens in ore Birt **19** proicies CVen et cod. Ashburn.: proicies O: proiic. G et plerique

**20** loquella G: loquela La Ven

**21** signis Voss **22** uestri al. no GVen: uestri O: uestri sim Scaliger

## LVI

O rem ridiculam, Cato, et iocosam,  
dignamque auribus et tuo cachinno.  
ride, quidquid amas, Cato, Catullum:  
res est ridicula et nimis iocosa.

5

deprendi modo pupulum puellae  
trusantem: hunc ego, si placet Dionae,  
protelo rigida mea cecidi.

**LVI** AD CATONEM Ω: *spatium unius uersus in O*

3 quicquid Ω

5 deprendi *GORVenLa*<sup>1</sup>: deprehendi *BACDah* pupulum *Parthenius*: populum *codd.*: publium  
*marg. R sed uix ab eadem manu* 6 truf(ff a)ntem *Da*: crissantem *marg. R*: crusantem *Baehrens*:  
7 rigida ex ridida *G*

## LVII

PULCRE conuenit improbis cinaedis,  
Mamurrae pathicoque Caesarique.  
nec mirum: maculae paris utrisque,  
urbana altera et illa Formiana,  
5  
impressae resident nec eluentur:  
morbosi pariter, gemelli utrique,  
uno in lectulo, erudituli ambo,  
non hic quam ille magis uorax adulter,  
riuales sociei puellularum.

10

pulcre conuenit improbis cinaedis.

**LVII** cum **LVI** continuant Ω

1 pulcre *ORD*: pulc<sub>re</sub> (suprascr. h) *G* 2 mamure *a*, idemque credo uoluisse scribam *R(omani)*, in  
quo ~ quod super -mu- fuerat consulto uidetur erasum

3 pares *Lachm.* 5 nec eluentur *Calpurnius*: nece luentur Ω 6 gemelli] tenelli *Haupt* 7 lecticulo  
*O, Munro* 9 sociei *Scaliger*: socii et Ω

10 pulcre *GORD*

## LVIII

CAELI, Lesbia nostra, Lesbia illa,  
illa Lesbia, quam Catullus unam  
plus quam se atque suos amavit omnes,  
nunc in quadruuiis et angiporis  
<sup>5</sup>  
glubit magnanimis Remi nepotes.

**LVIII** cum **LVII** continuant Ω

**1** nostra *RDah*: uestra *GOAC cod. Ashburn.*: uestra ex nostra *Ven* **4** quadruuiis *G*: quadruis *R m. pr. post* in quadriuis mutatum: quadriuis *O* **5** magna ad(a *O*)miremini Ω: magnanimi Remi *Voss*: magnanimis (*accus. plur.*) *scripsi* Post **LVIII. 5** secuntur in codicibus Non custos... quaeritando quos in locum suum carminis *LV reuocauit*

## LIX

BONONIENSIS Rufa Rufulum fellat,  
uxor Meneni, saepe quam in sepulcretis  
uidistis ipso rapere de rogo cenam,  
cum deuolutum ex igne prosequens panem  
<sup>5</sup>  
ab semiraso tunderetur ustore.

**LIX** IN RVFVM Ω: *nullum spatium in O*

**1** Rufulum *Palladius*: rufum Ω: Rufa rufum anus *Munro*: rufa rufulum *Pleitner, Postgate* rufa rufuli *Palmer* fellat *O*: fallat al. fellat *RVen*: fallat *cett.*

## LX

NUM te leaena montibus Libystinis  
aut Scylla latrans infima inguinum parte  
tam mente dura procreauit ac taetra,  
ut supplicis uocem in nouissimo casu  
<sup>5</sup>  
contemptam haberes, a nimis fero corde?

**LX** cum **LIX** continuant Ω

1 Libystinis *Scaliger*: libis(ss O)inis Ω 2 silla *GORBLa*<sup>1</sup>: sylla *Ven et cod. Ashburn.* 4 supplic(t  
R)is Ω: suplicus O 5 conteptam *GR*: conten<sup>p</sup>tam p *admodum exigua O* animis Ω *Post hunc u.*  
*spatium est in O quinque uersuum, tum in summa proxima pagina incipit LXI*

## LXI

**LXI** EPI(Y *GRVen*)THALAMIVS (-MVS *RVenB*) IVNIE (VINIE A: IVLIE *BLa*<sup>1</sup>) ET MAL(L)II  
Ω: *spatium tituli in O*

COLLIS o Heliconiei  
cultor, Vraniae genus,  
qui rapis teneram ad  
uirum

1 bellicon iei O 4 uirginem o hymenee 5 Hymen o hymenee hymen *codd. nisi*  
*quod DG habent* 4 V. o hymenee hymen 5 O hymenee hymen 5 O Hymen  
Hymenaeae *Lachm. secutus Ald. I, Giri*

Virginem, o Hymenaeae  
Hymen,  
5  
Hymen o Hymenaeae;

Cinge tempora floribus  
suaue olentis amaraci,  
flammeum cape laetus,  
huc

7 amarici (*suprascr. a*) O: amarici *GRVenACD* 8 flameum Ω

Huc ueni, niueo gerens  
10  
luteum pede soccum.

Excitusque hilari die,  
nuptialia concinens  
uoce carmina tinnula,  
Pelle humum pedibus,  
manu

12 concinens *ACD*: continens Ω 13 tinnuula O et R m. pr: tinnulla *cod.*  
*Ashburn.* 15 spineam *Parthenius*

15  
pineam quate taedam.

Namque Iunia Mallio,  
qualis Idalium colens  
uenit ad Phrygium  
Venus

16 iunia *GORCVen*: uinia *DLachm.*: iullia *BLa*<sup>1</sup> *cod. Ashburn.* mal Dio Ω

Iudicem, bona cum bona  
20  
nubet alite uirgo,

Floridis uelut enitens  
myrtus Asia ramulis  
quos Amadryades deae  
Ludicrum sibi rosido  
25  
nutriunt umore.

24 Ludicrum *RVenBa*: Ludricum *GOAch*<sup>2</sup> 25 umore *cod. Ashburn.*: humore Ω  
*Post nutriunt erasae sunt duae litterae in R: nutriuntur honore Maehly:*  
*nutriere liquore Richards*

Quare age, huc aditum

ferens,  
perge linquere  
Thespieae  
rupis Aonios specus,  
Nympha quos super irrigat  
<sup>30</sup>  
frigerans Aganippe.

Ac domum dominam uoca  
coniugis cupidam noui,  
mentem amore  
reuinciens  
Vt tenax hederam huc et huc  
<sup>35</sup>  
arborem implicat  
errans.

Vosque item simul  
integrae  
uirgines, quibus aduenit  
par dies, agite in  
modum  
Dicite, O Hymenaeae  
Hymen,  
<sup>40</sup>  
Hymen O Hymenaeae.

Vt lubentius, audiens  
se citarier ad suum  
munus, huc aditum ferat  
Dux bonae Veneris, boni  
<sup>45</sup>  
coniugator amoris.

Quis deus magis anxiis  
est petendus amantibus?  
quem colent homines  
magis  
Caelitum, O Hymenaeae  
Hymen,  
<sup>50</sup>  
Hymen O Hymenaeae?

Te suis tremulus parens  
inuocat, tibi uirgines  
zonula soluunt sinus.  
Te timens cupida nouos  
<sup>55</sup>  
captat aure maritus.

**32** *cum sequente u. coniungebat Bonnet* **33** *reuinciens ah: reuincens* Ω  
**34** *edera* Ω huc (*suprascr. a*) et huc (*suprascr. a*) *R*

**38** *in nodum al. in modum RVen: in nodum* Ω **40** *om. ADh: O hymeneae*  
*hymeneae hymen* Ω *nisi quod in R mutatum est in* Hymen o hymeneae hymen: O  
Hymen Hymenaeae *Lachm.*

**42** *citaries O: citarie h<sup>2</sup>: sed citarior cod. Ashburn.: num et citatior?*

**46** *anxiis Haupt: amatis* Ω: *mage mutueis Pleitner: mage saucieis Pohl* *Inter*  
**49 et 50** *in* Ω *est Compararier (-es O) ausit quod correctum est in hh<sup>2</sup>* **50** *om.*  
*B: O hymen hymeneae hymen GOAC et sic R sed mox mutatum in* Hymen o h.  
h. O hymen o h. h. *h<sup>2</sup>*

**51** *suis tremulus ed. 1473: sui si rem(rom- Bh)ulus OBACH: sui si remulus al.*  
*remus G et Ven, sed Ven inuerso ordine: sui s//remulus R erasis duabus fere*  
*litteris* **55** *maritos* Ω

<p>Tu fero iuueni in manus floridam ipse puellulam dedis a gremio suae Matris, O Hymenaeae Hymen, <sup>60</sup> Hymen O Hymenaeae.</p>	<p><b>56</b> fer o Ω <b>58-60</b> <i>sic leguntur in codd.</i> <b>58</b> dedis a gremio su(a)e matris <b>59</b> + 60 O hymeneae hymen hymeneae (o hymeneae G)</p>
<p>Nil potest sine te Venus, fama quod bona comprobet, commodi capere, at potest Te uolente. quis huic deo <sup>65</sup> compararier ausit?</p>	<p><b>61</b> nihil <i>G m. pr. (nunc habet nil) BLa<sup>1</sup>ACah: nichil ORh<sup>2</sup>: nil al. nihil Ven</i></p>
<p>Nulla quit sine te domus liberos dare, nec parens stirpe nitier; at potest Te uolente. quis huic deo <sup>70</sup> compararier ausit?</p>	<p><b>66-75</b> <i>om. a</i> <b>66-70</b> <i>om. h</i></p>
<p>Quae tuis careat sacris, non queat dare praesides terra finibus: at queat Te uolente. quis huic deo <sup>75</sup> compararier ausit?</p>	<p><b>68</b> nitier <i>Par. 7989 et Bononiensis 2744: uicier GRVenLa<sup>1</sup>C: uities O: uintier</i> <i>cod. Ashburn.: uincier AD Lachm.: iungier Scaliger</i> <b>70</b> compararies O</p>
<p>Claustra pandite ianuae. uirgo adest. uiden ut faces splendidas quatiunt comas?</p>	<p><b>77</b> adest Ω: ades <i>Schrader, Lachm.</i> <i>Post</i> <b>78</b> <i>lacunam statui quattuor uersuum</i></p>
<p>. tardet ingenuus pudor. <sup>80</sup></p>	<p><b>79</b> tradet <i>h<sup>2</sup></i></p>
<p>Quem tamen magis audiens, flet quod ire necesse est.</p>	
<p>Flere desine. non tibi Au-</p>	<p><b>82</b> Aurunculeia O et marg. <i>h<sup>2</sup>: Arunculeia cett. nisi quod Acunculeia est in a,</i></p>

<p>runculeia periculum est, ne qua femina pulcrior</p> <p>85 Clarum ab Oceano diem uiderit uenientem.</p>	<p>Aruncudia <i>in h</i><sup>2</sup> 85 occeano Ω</p>
<p>Talis in uario solet diuitis domini hortulo stare flos hyacinthinus.</p> <p>90 Sed moraris, abit dies. prodeas noua nupta.</p>	<p>90 abiit Ω 91 <i>om. codices: additus est in Ald. I</i></p>
<p>Prodeas noua nupta, si iam uidetur, et audias nostra uerba. uiden? faces</p> <p>95 Aureas quatiunt comas: prodeas noua nupta.</p>	<p>94 uiden? faces <i>p</i>: uiden (uideri <i>O</i>) ut Ω</p>
<p>Non tuus leuis in mala deditus uir adultera, probra turpia persequens,</p> <p>100 A tuis teneris uolet secubare papillis.</p>	<p>99 probra turpia <i>Calp. 1481</i>: procatur (procatur. <i>GOR</i>) pia Ω</p>
<p>Lenta qui uelut adsitas uitis implicat arbores, implicabitur in tuum</p> <p>105 Complexum. sed abit dies. prodeas noua nupta.</p>	<p>102 lenta qui <i>Ald. I</i>: lentaque <i>codd. praeter O</i>: lenta sed <i>O quod recepit Baehrens</i> 105 abiit Ω</p>
<p>O cubile, quod omnibus . . . . . . . . . . . . . . . candido pede lecti,</p>	<p><i>Post 107 lacunam statui trium uersuum</i></p>
<p>Quae tuo ueniunt hero, 110 quanta gaudia, quae uaga nocte, quae medio die Gaudeat. sed abit dies. prodeas noua nupta.</p>	<p>110 gaudiaque Ω 111 nocteque Ω 112 abiit Ω</p>
<p>Tollite, O pueri, faces.</p>	

<sup>115</sup>  
flammeum uideo uenire.  
ite concinite in modum  
'Io Hymen Hymenaeae io,  
io Hymen Hymenaeae.'

**114** o om. codd.; additum est in ed. pr. **115** flam(mm O)ineum Ω **116-8** sic leguntur in Ω Io hymen hymenaeae io Io hymen hymenaeae io Itē concinite in modum nisi quod O Io hymen hymenaeae io semel tantum habet **117** o pro io initio utriusque uersus scribendum esse, sicut est in Ald. I, ratus est Lachm. io reuocauit Munro Elucid. p. 135 sqq. **118** io quod addunt in fine codices om. Ald. I

Ne diu taceat procax  
<sup>120</sup>  
Fescennina iocatio.  
nec nuces pueris neget  
Desertum domini audiens  
concupinus amorem.

**119** taceatis Ω sed iam correctum in RBh<sup>2a</sup> **120** fescennina GRVen: foscennina O: fescen(nn BD)ina BDh<sup>2</sup> locac(t O)io OR: lotatio al. locutio G: locutio uel loquutio ACBLa<sup>1</sup>Dahh<sup>2</sup>: iocatio Heinsius **122** domino ed. Cantabrig. 1702 uidens Schwabe: arguens Weber

Da nuces pueris, iners  
<sup>125</sup>  
concupine: satis diu  
lusisti nucibus. lubet  
Iam seruire Talasio.  
concupine, nuces da.

**125** diu] domini O: num domi? **126** iubet h<sup>2</sup> **127** talasio Ω

Sordebant tibi uillicae,  
<sup>130</sup>  
concupine, hodie atque  
heri.  
nunc tuum cinerarius  
Tondet os. miser a miser  
concupine, nuces da.

**129** uilice Oh: malulae Pauckstadt **132** misera miser O: miser ah miser GDAVen et sic R sed prius er super rasuram ha BC

Diceris male te a tuis  
<sup>135</sup>  
unguentate glabris  
marite  
abstinere, sed abstine.  
Io Hymen Hymenaeae io,  
io Hymen Hymenaeae.

**134** diceris ed. Parm. 1473: diceris Ω malle corr. G, OVen: malle R tū (suprascr. e) R **135** unguenta te Ω **138** om. Ω

Scimus haec tibi quae  
licent  
<sup>140</sup>  
sola cognita, sed marito  
ista non eadem licent.  
Io Hymen Hymenaeae io,  
io Hymen Hymenaeae.

**139-43** om. h<sup>2</sup> **139** simus hec tibi que O **143** io hymen hymenaeae io Ω et sic semper

Nupta, tu quoque quae  
tuus  
<sup>145</sup>  
uir petet caue ne neges,  
ni petitur aliunde eat.

**144-8** om. in textu, add. in marg. R **144** tuis GDVen **145** deneges Owen **146** ni GORDah: ne marg. R, VenBLa<sup>1</sup>ACH<sup>2</sup> **148** om. O, habet G ascriptum in marg.



Io Hymen Hymenaeae io,  
io Hymen Hymenaeae.

En tibi domus ut potens  
150 et beata uiri tui.  
quae tibi sine seruiat  
(Io Hymen Hymenaeae io,  
io Hymen Hymenaeae)

Vsque dum tremulum  
mouens  
155 cana tempus anilitas  
omnia omnibus annuit.  
Io Hymen Hymenaeae io,  
io Hymen Hymenaeae.

Transfer omine cum bono  
160 limen aureolos pedes,  
rasilemque subi forem.  
Io, Hymen Hymenaeae io,  
io Hymen Hymenaeae.

Aspice unus ut accubans  
165 uir tuus Tyrio in toro,  
totus immineat tibi.  
Io Hymen Hymenaeae io,  
io Hymen Hymenaeae.

Illi non minus ac tibi  
170 pectore uritur intimo  
flamma, sed penite  
magis.  
Io Hymen Hymenaeae io,  
io Hymen Hymenaeae.

. . . . .  
. . . . .  
. . . . .  
. . . . .  
. . . . .

Mitte brachiolum teres,  
175 praetextate, puellulae.

**149-53** *om. BL*<sup>1</sup>*h*<sup>2</sup> **151** sine seruiat *Bern. Pisanus*: sine seruit (se ruit *A*)  $\Omega$ : sine fine seruit *D*: sine fine erit *Auantius* quo tibicina fert uiam *ego et Chr. Alois. Ferrucci* **153** *om. O*

**155** anilitas *codex Vicentinus scriptus anno 1460*: an(n)ilis etas  $\Omega$ : annulis etas *B Phil.* **156** amnuat *D* quod uerum credebat *T. H. Key et pro* abnuat scriptum **158** *om. O*

**159** homine *R m. pr.* **161** sibi  $\Omega$  **163** *om. O*

**164** intus *Statius*: imus *Fruterius*: unctus *C. Barth*: udus *Heinsius*

**169** hac *GO* **170** uritur *OD et corr. B*: uritur al. urimur *G*: urimur *RVenAC*: urintur *B m. pr.*

*Post 173 unam stropham excidisse censeo*

**174-8** *om. h* **175** puelle  $\Omega$  **176** adeat *O Paris. 7989, Bentley*: adeant  $\Omega$

iam cubile adeat uiri.  
Io Hymen Hymenaeae io,  
io Hymen Hymenaeae.

Vos bonae senibus uiris  
<sup>180</sup>  
cognitae bene feminae,  
collocate puellulam.  
Io Hymen Hymenaeae io,  
io Hymen Hymenaeae.

Iam licet uenias, marite.  
<sup>185</sup>  
uxor in thalamo tibi est,  
ore floridulo nitens  
Alba parthenice uelut  
luteumue papauer.

At, marite, ita me iuuent  
<sup>190</sup>  
caelites, nihilo minus  
pulcer es, neque te  
Venus

Neglegit. sed abit dies.  
perge ne remorare.

Non diu remoratus es.  
<sup>195</sup>  
iam uenis. bona te  
Venus  
iuuerit, quoniam palam  
Quae cupis capis et  
bonum  
non abscondis amorem.

Ille pulueris Africei  
<sup>200</sup>  
siderumque micantium  
subducat numerum  
prius,

Qui uostri numerare uolt  
multa milia ludei.

Ludite ut lubet et breui  
<sup>205</sup>  
liberos date. non decet  
tam uetus sine liberis  
Nomen esse, sed indidem  
semper ingenerari.

**179** uos *om.* Ω: *add. Auantius: O Baehrens* uiris *Statius: unis* (unus *Bh*<sup>2</sup>: u<sup>^</sup>nis  
(*suprascr. l*) *R*) Ω: Vos bonae senibus senes *Passeratius* **180** bene *Turnebus:*  
berue *GORVenAC: breue BLa*<sup>1</sup>*Dahh*<sup>2</sup> **181** puellulam *Parthenius: puellam* Ω

**185** *om. Bh*<sup>2</sup> tibi est *Bentley et sic Paris. 7989, sed additis notis quae*  
*inuertenda uerba esse declararent* tibi eēt (*sic*): ubi est *A Santenianus: est tibi*  
*GORVenLa Dah* **187** uelut *h et Paris. 7989: uultu al. uult G: ul't O: uultu* Ω

**189-193. 194-198** *inuerso ordine habent* Ω, *corr. Scaliger* **189** Ad (*At D*)  
maritum tamen iuuenem Ω: *corr. Scaliger* **191** pulcre res Ω: *corr. Robortellus*  
*1548* nec te Ω **192** Neglegit *O: Negligit cett.* abiit Ω **193** remorare  
*OADahh*<sup>2</sup>: rememorare *GRVenBLa*<sup>1</sup>

**194** remora(remo- *O*)ta es Ω **196** iuuerit *Auantius: inuenerit* Ω **197** Quod  
cupis cupis *O. R m. pr., Heinsius. Giri* **198** abscondas Ω

**199** Africei *Lachm. (-ci iam Heinsius): ericei GORVenBLa*<sup>1</sup>*C: eritei h: eruti*  
*Quicherat* **201** sublegat *Landor* **202** uostri *Scaliger: nostri* Ω: uostra qui  
*Landor* uult *Calp. 1481: uolunt* Ω **203** ludei *Scaliger: ludi ed. antiquissima*  
*saec. xv: ludere* Ω

**204** Et ludite et lubet Ω: *corr. Parthenius* **208** ingenerati *OD*

<p>Torquatus uolo paruulus  <sup>210</sup>  matris e gremio suae  porrigens teneras  manus,  Dulce rideat ad patrem  semihiente labello.</p>	<p><b>209</b> Torcu(quu <math>h^2</math>)tus <math>Oh^2</math> <b>210</b> e] et O: <i>fortasse</i> ex <b>213</b> semihiente <i>Scaliger</i>:  sed mihi ante Ω: semhiente <i>Lucian Mueller</i></p>
<p>Sit suo similis patri  <sup>215</sup>  Mallio et facile inscieis  noscitur ab omnibus,  Et pudicitiam suo  matris indicet ore.</p>	<p><b>215</b> mallio A: maulio O: manlio GRVen inscieis <i>Lachm.</i>: insciis <i>corr. R, a</i>:  insciens Ω <b>216</b> omnibus Ω: obuieis <i>Pleitner</i>: et omnibus n. ab inscieis <i>Dawes</i>,  <i>Haupt</i> <b>217</b> Et Ω: Sic <i>Hermann</i> suo a <i>Baehrens</i>, <i>Postgate</i>: suam Ω: suae  <i>Calp. 1481, uulgo</i></p>
<p>Talis illius a bona  <sup>220</sup>  matre laus genus  approbet,  qualis unica ab optima  Matre Telemacho manet  fama Penelopeo.</p>	<p><b>219, 220</b> <i>sic leguntur in</i> Ω Talis illius a bona matre <b>220</b> Laus (Zaus <i>RVen</i>)  genus (egenus O) approbet, <i>in Da sic</i> Talis illius a bona <b>220</b> Matrizans (-zando  a) genus approbet <b>221</b> ab <i>om. O</i> <b>222</b> theleamaco Ω: thelamacho O  <b>223</b> penelopeo GRVenBAD</p>
<p>Claudite ostia uirgines.  <sup>225</sup>  lusimus satis. at bonei  coniuges, bene uiuite et  Munere assidue ualentem  exercete iuuentam.</p>	<p><b>224</b> hostia Ω <b>225</b> ad bonei D: ad bolnei (al. bonei <i>Ven et marg. G</i>, ad bonlei  O) Ω <b>226</b> bene uiuite a: bone uite Ω: Veneris bonae <i>Froehlich, Halbertsma</i>  <i>fort. bene mutuo ex</i> <b>227</b> assiduo a: Mutue assiduei <i>Huleatt</i> <b>228</b> exercere O  <i>Deinde</i> Explicit epithalamium O</p>

## LXII

**LXII** *Hoc unum carmen seruatum est in codice saeculi ix Thuaneo, nunc Parisino Lat. 8071 (T), in quo inscriptum est Epithalamium Catulli.* EXAMETRVM CARMEN NVPTIALE Ω

### IVVENES

VESPER adest, iuuenes, consurgite: Vesper

Olympo

exspectata diu uix tandem lumina tollit.

surgere iam tempus, iam pinguis linquere

mensas,

iam ueniet uirgo, iam dicetur hymenaeus.

5

Hymen O Hymenaeae, Hymen ades O Hymenaeae!

**1** *in marg.* turba uirorum *G:* turba uirginum (*suprascr.* orum) *R:* t. uirum *BVen* Vesper adest] Varro L. L. vii. 50 Vesperugo stella quae uespere oritur, a quo eam Opilius scribit Vesperum, itaque dicitur alterum (alternum *Riese*) Vesper adest. **2** expect. *TΩ*

**3** tempus iam (*suprascr.* est) *G* pinguis *TO:* pingues *GR et cett.*

**5** hymens (*sic*) *R*

### VIRGINES

Cernitis, innuptae, iuuenes? consurgite contra;

nimirum Oetaeos ostendit noctifer ignes.

sic certest; uidet ut perneciter exsiluere?

non temere exsiluere, canent quod uisere par est.

10

Hymen O Hymenaeae, Hymen ades O Hymenaeae!

**6** *in marg.* Puella *GRVen* consurgi eretera *T:* consurgere contra *Iac. Mowat Cantabrigiensis,* quod ipsum in cod. Canon. Lat. 33 inueni **7** oeta eos *T:* haec eos *O:* hoc eos Ω ignes *Ald. I:* imbres *T:* imber uel ymber Ω

**8, 9** exsiluere *scripsi:* exil. *codd.* **8** sic certest *Haupt:* siccer tes .i. *T:* sic certe si *O:* sic certe *GR* sed ut in utroque post certe rasura sit: sic certe *cett.*

**9** canent quod uisere par est *T Voss:* canent (cauent *La*<sup>1</sup>) quo uisere parent Ω: c. quos uincere par est *Bapt. Guarinus:* canent quo uincere par est *Auantius:* c. quod uincere par est *Passeratius:* c. quod uespere par est *B. Venator*

### IVVENES

Non facilis nobis, aequalis, palma parata est,  
aspicite, innuptae secuta ut meditata requirunt.  
non frustra meditantur, habent memorabile quod sit,  
nec mirum, penitus quae tota mente laborant.

15

nos alio mentes, alio diuisimus aures,  
iure igitur uincemur, amat uictoria curam.  
quare nunc animos saltem committite uestros,  
dicere iam incipient, iam respondere decebit.  
Hymen O Hymenaeae, Hymen ades O Hymenaeae.

**11** *in marg.* puelle *GRBVen* nobilis *T* aequales *Lachm.* **12** innupte secum ut meditata requi(ae  
*D*)runt *TD*: in(i *Ba*)nupte que (querunt *O*) secum ut meditare querunt  $\Omega$

**13** memora psile *T* **14** habet *T* solus. *Spurium putarunt Scal. Naeke Lachm. ed. 1*

**15** nos] non *T* diuisimus (*suprascr.* diuidamus) *G*

**17** nunc *T*: non  $\Omega$  co(m)mittite  $\Omega$ : conuertite *T* **18** incipiaent *T*

## VIRGINES

20

Hespere, qui caelo fertur crudelior ignis?  
qui natam possis complexu auellere matris,  
complexu matris retinentem auellere natam,  
et iuueni ardenti castam donare puellam.  
quid faciunt hostes capta crudelius urbe?

25

Hymen O Hymenaeae, Hymen ades O Hymenaeae!

**20** *in marg.* Puelle *GRBVen* quis *T* fertur] potuit *A*: patuit *Bergk*

**21** complexua uel<sup>l</sup>ere *T* amatrix *O* **22** *fort.* complexu a matris auelle *T*

**24** credelius *T*

**25** *Kymeno kymeneę kymenades o kymeneę T, prima littera per k, non per usitatioem h, notata*

## IUVENES

Hespere, qui caelo lucet iucundior ignis?  
qui desponsa tua firmes conubia flamma,  
quae pepigere uiri, pepigerunt ante parentes,  
nec iunxere prius quam se tuus extulit ardor.

30

quid datur a diuis felici optatius hora?  
Hymen O Hymenaeae, Hymen ades O Hymenaeae!

**26** *in marg.* Iuuenes *GRBVen* quis *T* iucundior *T*: ioc.  $\Omega$

**27** fines *T*: signes *Palmer* conubia *T*: conn.  $\Omega$  **28** quae *T*: quod *h*<sup>2</sup>: quo  $\Omega$ , etiam *R*, quamuis <sup>d</sup>

*post inlatum sit* uir *T* 29 uinxere *O*

30 a om. *T*

31 Kymeno kymeneae kymenades o kymeneę *T*

## VIRGINES

Hesperus e nobis, aequalis, abstulit unam.

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

. . . . .

[Hymen O Hymenaeae, Hymen ades O Hymenaeae!]

32 *in marg.* Puella *GRBVen* aequalis *T*: equales *O*: equales (suprascr. m) *GR*: aequalem en *Giri*

*Post 32 excidissee nonnulla iam uidit Auantiu. Lacunam sex uersuum posui, quam secutus sit uersus intercalaris Hymen o Hymenaeae Hymen ades o Hymenaeae, quamuis nec in T nec in Ω legatur*

## IVVENES

. . . . .

. . . . .

Namque tuo aduentu uigilat custodia semper,  
nocte latent fures, quos idem saepe reuertens,

35

Hespere, mutato comprehendis nomine eosdem.

at libet innuptis ficto te carpere questu.

quid tum, si carpunt, tacita quem mente requirunt?

Hymen O Hymenaeae, Hymen ades O Hymenaeae!

35 comperendis *T*: conprendis *O et nunc G* eosdem *Ω*: eospem *T*: Eous *Schrader*

36 at libet *Ω*: adlucet *T*

37 quittum *T*: quod al. quid tamen *GVen*: quem *D*: quema *T*: quam *Ω*

38 Kymeno kymeneae kymenales kymeno kymeneę *T*

## VIRGINES

Vt flos in saeptis secretus nascitur hortis,

40

ignotus pecori, nullo contusus aratro,

quem mulcent aurae, firmat sol, educat imber;

multi illum pueri, multae optauere puellae:

idem cum tenui carptus defloruit ungui,

nulli illum pueri, nullae optauere puellae:

45

sic uirgo, dum intacta manet, dum cara suis est;  
cum castum amisit polluto corpore florem,  
nec pueris iucunda manet, nec cara puellis.  
Hymen o Hymenaeae, Hymen ades o Hymenaeae!

**39** *in marg.* Puella *GRVenB* saeptis *T*: septis  $\Omega$  **40** conuolsus *T*: conclusus *O*: contusus  $\Omega$  *et sic R sed ut t super rasuram sit* **41** quaemulcens aurefirma *T* *Post hunc u. excidissee unum uersum censebant Spengel et Hermann: sed nullum lacunae uestigium praebent codices* **42** obtauere *T* **43, 4** *om. TO* **45** *Quintil. Inst. Orat. ix. 3.16* Catullus in Epithalamio ‘dum innupta manet, dum cara suis est,’ cum prius dum significat quoad, sequens usque eo intacta  $\Omega$ : innupta *Quintilianus* dum cara *Quintilianus, BLa*<sup>1</sup>: tum cara *TGORVenADa* suis est *Quintilianus, T*: sui sed *BLa*<sup>1</sup>*AC*: sui. sed *GOVen et R m. pr.* **46** amisit *R*, s *super rasuram*  
**48** Kymeneo kymeneę kymenades kymeneę *T*

## IVVENES

Vt uidua in nudo uitis quae nascitur aruo,

50

numquam se extollit, numquam mitem educat uuam,  
sed tenerum prono deflectens pondere corpus,  
iam iam contingit summum radice flagellum,  
hanc nulli agricolae, nulli coluere iuueni:  
at si forte eadem est ulmo coniuncta marito,

55

multi illam agricolae, multi accoluere iuueni:  
sic uirgo dum intacta manet, dum inculta senescit;  
cum par conubium maturo tempore adepta est,  
cara uiro magis et minus est inuisa parenti.

**49** *in marg.* Iuuenes *GRVenB* **50** Numquam se extollit quam mun<sup>1</sup>team ducat uuam *T* **51** per flectens *T* **52** flacellum *T* **53** han<sup>c</sup> nulli agri<sup>g</sup>.cul<sup>1</sup>ę multi acoluere *T*: nulli coluere (accol. *La*<sup>1</sup>)  $\Omega$  **54-55** *om. Da* **54** apsi *T* marita *T, Ballin* **55** agricul<sup>ę</sup> *T* accol.  $\Omega$ : acol. *T* **56** dum innupta manet *Weber*: tum inculta senescit *T* **57** conubium *TB* **58** cura *TGOD Pleitner* uiro *TGOD*: uirgo *RVenC*: cara uiro magis est, minus est inuisa p. *Sonny* *Post hunc u. excidissee intercalarem duce Hermann multi crediderunt*

et tu ne pugna cum tali coniuge uirgo,

60

non aequom est pugnare, pater cui tradidit ipse.  
ipse pater cum matre, quibus parere necesse est.

. . . . .

uirginitas non tota tua est, ex parte parentum est,  
tertia pars patrist, pars est data tertia matri,

tertia sola tua est: noli pugnare duobus,

65

qui genero sua iura simul cum dote dederunt.

Hymen o Hymenaeae, Hymen ades o Hymenaeae!

59 et tua nec T: et tu nec Ω: at tu ne Ald. I: at nec tu Postgate Post 59 unum u. Rossbach, Post 65 Haupt et Pleitner putarunt excidisse ut quemadmodum amoebaeum carmen (20-58) nouem uersus iuuenum praecedebant, eodem modo nouem sequerentur. Ego Post 61 potius lacunam indicaui 60 equom T: (a)equo Ω cum B 61 ipse prius om., postea in marg. add. RVen

62 om. T 63 sic Muretus nisi quod praetulit patris est tertia patris pars est data tertia matri T: tertia pars patri est data tertia matri O: tertia pars patri data pars data t. m. Ω: T. pars patris Schüler 64 solit tu est noli tuignare T

66 Kymeno kymeneē kymenades .o. kymeneae T

### LXIII

SUPER alta uectus Attis celeri rate maria,  
Phrygium ut nemus citato cupide pede tetigit,  
adiitque opaca siluis redimita loca deae,  
stimulatus ibi furenti rabie, uagus animis,

5

deuoluit ile acuto sibi pondere silicis.  
itaque ut relictas sensit sibi membra sine uiro,  
etiam recente terrae sola sanguine maculans,  
niueis citata cepit manibus leue typanum,  
typanum, tubam Cybelles, tua, mater, initia,

10

quatiensque terga taurei teneris caua digitis,  
canere haec suis adorta est tremebunda comitibus.

**LXIII** DE BEREKINTHIA ET ATHI Ω: nullum spatium in O

1 Attis Marius Victorinus 212 Gaisford, 154 Keil: actis Ω: athis AD celeri Terent. Maur. 2899 et Victorinus: celere Ω 2 ut om. Caesius Bassus 262 K. 3 loca dee i ed. antiquissima saec. xv: i, ut uidetur, a u. 78 tralata 4 ibi ed. Trinc.: ubi Ω animis Lachm.: amnis Ω, nisi quod La<sup>1</sup> habet āius: animi Scal. 5 deuoluit iletas (illectas Da) acuto sibi pondere silices codd.: ile Lachm.: icta Statius: illa Scal.: pondere silicis Passeratius: pondera silice Auantius: ilei a. s. pondera silice Bergk

7 maculas Ω 8, 9 ti(y)mpanum Ω: corr. Scaliger 9 tubam Ω: typum Munro: fort. tabal uel tablam: Hesych. τὰβαλα ταβήλα· ὑπὸ Πάρθων οὕτω καλεῖται ὄργανον κριβάνω ἐμφερές, ὃ χρῶνται ἐν τοῖς πολέμοις ἀντὶ σάλπιγγος. cibe(i La<sup>1</sup>)les GORLa<sup>1</sup>: cybelles B: Cybebes Bentley tua Calp. 1481: tu codd. 10 que] quod GORVenLaurentiani taurei Lachm.: tauri et Ω



agite ite ad alta, Gallae, Cybeles nemora simul,  
simul ite, Dindimenae dominae uaga pecora,  
aliena quae petentes uelut exules loca,

15

sectam meam exsecutae duce me mihi comites,  
rapidum salum tulistis truculentaque pelagi,  
et corpus euirastis Veneris nimio odio;  
hilarate aere citatis erroribus animum.  
mora tarda mente cedat: simul ite, sequimini

20

Phrygiam ad domum Cybelles, Phrygia ad nemora deae,  
ubi cymbalum sonat uox, ubi tympana reboant,  
tibicen ubi canit Phryx curuo graue calamo,  
ubi capita Maenades ui iaciunt hederigerae,  
ubi sacra sancta acutis ululatibus agitant,

25

ubi sueuit illa diuae uolitare uaga cohors,  
quo nos decet citatis celerare tripudiis.

12 Ci(y A)belles OA 13 dindimenee G (sed ut secunda e addita post uideatur), Ven pecora  
Auantius: pectora Ω 14 alienaque Ω post loca codd. addunt celeri quod uocabulum  
transferebat omissa i ad finem u. 74 Lachm. 15 execute GO: execute R: excute BL<sup>a</sup>1Ven  
16 pelage Victorius, Bentley: pellagei Bod. Lat. Class. e. 15 17 euirastis GD: eiurastis a:  
euitastis Ω 18 aere citatis Lachm.: erocitatis O: crocitatis GDAC: crocitatis al. ere citatis RVen:  
erae c. Auantius, Bentley an animum Ω: an om. h et Bod. Lat. Class. e. 15

19 cedat al. cedit G 20 cibelles O: cibeles GR 23 menade sui Ω ei derigere Ω

simul haec comitibus Attis cecinit notha mulier,  
thiasus repente linguis trepidantibus ululat,  
leue tympanum remugit, caua cymbala recrepant,

30

uiridem citus adit Idam properante pede chorus.  
furibunda simul anhelans uaga uadit animam agens  
comitata tympano Attis per opaca nemora dux,  
ueluti iuuenca uitans onus indomita iugi:  
rapidae ducem secuntur Gallae properipedem.

35

itaque, ut domum Cybelles tetigere lassulae,  
nimio e labore somnum capiunt sine Cerere.  
piger his labante languore oculos sopor operit:  
abit in quiete molli rabidus furor animi.

27 atris Ω: athis D notha O: nota Ω 28 thiasii RBL<sup>a</sup>1: thy<sup>a</sup>siis G: thiasis O strepitantibus  
Voss

**31** animam agens *Lachm.*: animagens *OCRVen*: anima gens *BLa<sup>1</sup>AD* et sic *G* sed hic altera a minore litteris ceteris: animo uel animi egens *Auantius* **32** actis Ω **33** iugi marg. *Bodl. Lat. Class. e. 15*: luci Ω **34** properipedem *Balth. Venator*: propere pedem Ω **35** ci(y *B*)belles *OB* **37** languore scripsi: langore *codd. quod retinuit Lachm.* **38** abit *O et Bodl. Lat. Class. e. 15*: abiit *cett.* molli *Festus p. 374 von Ponor*: mollis Ω ravidus *Festus, GORVen ACD*: rabidi *BLa<sup>1</sup> Phil.*

sed ubi oris aurei Sol radiantibus oculis

40

lustrauit aethera album, sola dura, mare ferum,  
 pepulitque noctis umbras uegetis sonipedibus,  
 ibi Somnus excitum Attin fugiens citus abiit:  
 trepidante eum recepit dea Pasithea sinu.  
 ita de quiete molli rapida sine rabie

45

simul ipse pectore Attis sua facta recoluit,  
 liquidaque mente uidit sine queis ubique foret,  
 animo aestuante rusum reditum ad uada tetulit.  
 ibi maria uasta uisens lacrimantibus oculis,  
 patriam allocuta maestast ita uoce miseriter.

**39** oris aurei *p*: horis aureis Ω **40** sola dura *p*, *Bod. Lat. Class. e. 15*: sol a dura *G*: sol adura Ω **42** excitam *Lachm.* attin *GORVenC*: athin *BLa<sup>1</sup>A* **43** trepidantem *R* eum *La<sup>1</sup>a* et sic nunc *R*, quamquam potest ex cum correctum uideri: cum *GOVenD* et plerique: quem *Bentley* pasitheo Ω **45** ipsa *Al. Guarinus* attis *G*: actis *RVenC*: atris *O* **46** sineque is *O*: sineque his Ω **47** aestuante rusum *Victorius*: estuanter usum Ω tetulit *Calp. 1481*: retulit Ω

**49** patriam allocuta est ita uoce miseriter (*miseritus ORBLa<sup>1</sup>*: miseritus al. miseriter *G Ven*) maestas (*magestates O*) Ω *Correxit Auantius in ed. Trinc.* Patriam a. uoce est ita maesta miseriter *Calpurnius 1481*

50

‘patria o mei creatrix, patria o mea genetrix,  
 ego quam miser relinquens, dominos ut herifugae  
 famuli solent, ad Idae tetuli nemora pedem,  
 ut aput niuem et ferarum gelida stabula forem,  
 et earum omnia adirem furibunda latibula,

55

ubinam aut quibus locis te positam, patria, reor?  
 cupit ipsa pupula ad te sibi dirigere aciem,  
 rabie fera carens dum breue tempus animus est.  
 egone a mea remota haec ferar in nemora domo?  
 patria, bonis, amicis, genitoribus abero?

60

abero foro, palaestra, stadio et gymnasiis?

miser a miser, querendum est etiam atque etiam, anime.

50 genetrix *G*: genitrix *ORVen* 52 tetuli *O*: retuli  $\Omega$  53 ut caput (*d R*)  $\Omega$  stabilia *O*, prius *G*  
54 et earum ad omnia irem *ed. Trinc.*: ad inuia irem *Starkie*: ut ima ad. *Postgate*

56 pupula *D*: popula atte (áte *D*: acte *BLa*<sup>1</sup>)  $\Omega$  58 hoc *Carpentoractensis*: an huc?

60 gūmasiis *O*: ginnasiis *B m. pr.*, *R*: gimnasiis *C* *G* quid habuerit a *m. pr.* non dispexi, nunc  
habet gymnasiis stadioque gymnasi *Santen*: guminasiis ego *ed. 1* Nunc retinendum puto, sic ut  
fecit *Lachm.*, stadio et gymnasiis mutata specie metri cum in hac quoque parte uersus (sic ut in  
priore, 54 et earum omnia adirem) admissus esset in primo pede ionicus a minore stādīo ēt gŷm.  
nasiis

61 a *C*: ha *OB*: ah *GRVenLa*<sup>1</sup>

quod enim genus figuraest, ego non quod obierim?  
ego mulier, ego adolescens, ego ephebus, ego puer,  
ego gymnasei fui flos, ego eram decus olei:

65

mihi ianuae frequentes, mihi limina tepida,  
mihi floridis corollis redimita domus erat,  
linquendum ubi esset orto mihi Sole cubiculum.  
ego nunc deum ministra et Cybeles famula ferar?  
ego Maenas, ego mei pars, ego uir sterilis ero?

70

ego uiridis algida Idae niue amicta loca colam?  
ego uitam agam sub altis Phrygiae columinibus,  
ubi cerua siluicultrix, ubi aper nemoriuagus?  
iam iam dolet quod egi, iam iamque paenitet.'

62 figuraest *Lachm.*: figura est  $\Omega$  non quod obierim *Statius*: non quid abierim  $\Omega$ : non quod  
habuerim *Scaliger*: fort. adierim

64 gymnasei *Phil.*: gi(y *AC*)mnasti  $\Omega$  66 corolis *Calp. 1481*: circulis  $\Omega$  67 liquendum *GORCVen*  
solo  $\Omega$  68 ego nec  $\Omega$ : ego ne *Bod. Lat. Class. e. 15*: ego non *a*: ego nunc *Santen*: egone ut  
*Bentley*: fort. egon hic *h.e.* ego qui talis fui, sc. gymnasei flos, a multis adamatus ferar] ferarum  
 $\Omega$

69 pars *G* sic scriptum habet ut rs super rasuram sit

70 niue *Calp. 1481*: nene  $\Omega$ : ne *a* et *Bod. Lat. Class. e. 15*

71 columinibus *Bod. Lat. Class. e. 15* et *p*: columnibus  $\Omega$ : culminibus *Bentley*: cf. gymnasiis (61)

72 silui cultrix  $\Omega$  nemori uagus  $\Omega$

roseis ut huic labellis sonitus citus abiit,

75

geminas deorum ad auris noua nuntia referens,  
ibi iuncta iuga resoluens Cybele leonibus  
laeuumque pecoris hostem stimulans ita loquitur.  
'agedum' inquit 'age ferox i, face ut hunc furor agitet,

face uti furoris ictu reductum in nemora ferat,

80

mea libere nimis qui fugere imperia cupit.

age caede terga cauda, tua uerbera patere,

face cuncta mugienti fremitu loca retonent,

rutilam ferox torosa ceruice quate iubam.'

ait haec minax Cybelle religatque iuga manu.

**74** huic *p*: hinc  $\Omega$ : hic *Bentley* sonitus adiit  $\Omega$ : sonitus citus adiit *Bentley, Spengel*: sonitus uagus abiit *Ahlwardt*: sonitus abiit celer *Lachm.*: s. celer ab. *Heyse*: sonus editus ab. *Froehlich*

**75** adauris *O*: ad aures  $\Omega$ : deorum *post* aures *D* referre *Phil.* gemitus *Gul. Wagner*: geminas matris ad auris *Lachm.*: dominae matris ad a. *Busche*: dominae deorum ad a. *Richards*: fort.

geminans **76** ubi  $\Omega$  **77** saeuumque *Schulze* pectoris  $\Omega$

**78** agetum inquit(d *Oet Rm. pr.*) age ferox fac (*om. BLA*<sup>1</sup>) ut hunc furor  $\Omega$  i *add. Scaliger*; cf. *ad 3* face *Palladius, Lachm.* agitet *add. ed. Cantabrig. anni 1702*: num animet? *Nam habet ed. omnium antiquissima* face furor animum || *an scribendum erat ferocem feriat furor animum? sic ferit pro facit habet codex Ashburneri xlv. 24* **79** fac ut furoris ictum (ictum *R*: ictu *B*)  $\Omega$ : face *ed. illa antiquissima* uti *Lachm.*

**81** a cede al. age cede *G, sed post a rasura est* terga *Oh*: tergo  $\Omega$  uerbera *Calp. 1481*: uerum uera  $\Omega$  **82** fac  $\Omega$ : face *ed. antiquissima*

**84** cibelle *O*: cibeles *GRB*

85

ferus ipse sese adhortans rapidum incitat animo,

uadit, fremit, refringit uirgulta pede uago.

at ubi umida albicantis loca litoris adiit,

tenerumque uidit Attin prope marmora pelagei,

facit impetum: ille demens fugit in nemora fera:

90

ibi semper omne uitae spatium famula fuit.

dea, magna dea, Cybelle, dea, domina Dindimeis,

procul a mea tuos sit furor omnis, hera, domo:

alios age incitatos, alios age rabidos.

**85** adhortans *Ald. 1515*: ad horta lis *G*: ad ortalis *R*: adortalis *OAVen* animo  $\Omega$

**87** bumida *O*: humida *cett.* **88** teneramque *Lachm.* attin *GO*: actin (-m *La*<sup>1</sup>) *RBLA*<sup>1</sup> marmora pelagi *p et Calp. ed. 1481*: marm(n *G*)orea pelago  $\Omega$  **89** facit *Calp. 1481*: ficit *O*: fecit  $\Omega$  illa *Lachm.*

**91** cibelle *O*: cibeles *GR* dindimenei *G*: dindimeis *ORBLA*<sup>1</sup> **92** tuos *scripsi*: tuo  $\Omega$  era *O*

**93** rabidos *p*: rapidos  $\Omega$

PELIACO quondam prognatae uertice pinus  
dicuntur liquidas Neptuni nasse per undas  
Phasidos ad fluctus et fines Aeetaeos,  
cum lecti iuuenes, Argiuae robora pubis,  
<sup>5</sup>  
auratam optantes Colchis auertere pellem  
ausi sunt uada salsa cita decurrere puppi,  
caerula uerrentes abiegnis aequora palmis.  
diua quibus retinens in summis urbibus arces,  
ipsa leui fecit uolitantem flamine currum,  
<sup>10</sup>  
pineae coniungens inflexae texta carinae.

**LXIV** ARGONAVTIA Ω: *in O spatium est unius uersus, et adscriptum in marg. narrat hic ystoriam aurei uelleris*

**1** Peliaco *La<sup>1</sup> Mar. Victorinus 182 Gaisford: Pelliaco (-to G) Ω 3 fascidicos al. phasidos GBVen: fasi(ci R)dicos OR aeetaeos] oeticos GRVenAC: ceticos La<sup>1</sup> et O qui in marg. habet al. tetidicos: oeteos Bod. Lat. Class. e. 15 4 pupis OC: puppis Ω 6 uada salsa suprascr. uada O 7 uerentes OBLa<sup>1</sup> et G m. pr.*

**10** texta *Oh: testa Ω*

illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten.  
quae simul ac rostro uentosum proscidit aequor,  
tortaque remigio spumis incanuit unda,  
emersere feri candenti e gurgite uultus

<sup>15</sup>  
aequoreae monstrum Nereides admirantes.  
illa, atque haud alia, uiderunt luce marinas  
mortales oculi nudato corpore Nymphas  
nutricum tenus exstantes e gurgite cano.  
tum Thetidis Peleus incensus fertur amore,

<sup>20</sup>  
tum Thetis humanos non despexit hymenaeos,  
tum Thetidi pater ipse iugandum Pelea sensit.

**11** prima *Da: primam Ω: p'eā (?p'rā) marg. proram O amphitritem GBA: a(am Ven)phitritem al. amphitritonem RVen: aphitrite O unde in ed. 1 conieci proram i. Amphitrite: prora i. Amphitriten Postgate: illa rudi cursu proram i. Amphitrite Fleischer: i. rudem c. primum i. Amphitriten Thomas*

**13** tortaque *ed. Trinc.: totaque Ω incanduit Ω 15* monstrum al. monstrorum *O ammirantes O*

**16** illa atque haud alia *Bergk: illa atque alia Ω: illa alia O: illas atque a. a: illaque haud a. Auantius: illa si qua a. Lachm.: illa ut non alia Helm uidere Ω 17* oculi *Bod. Lat. Class. e. 15: oculis Ω 18* exstantes *Ω*

**19** cum *OR 20* cum *GOR 21* cum *Ω sensit Ω: sanxit Itali*

o nimis optato saeculorum tempore nati  
heroes, saluete, deum genus! o bona mater!  
uos ego saepe meo uos carmine compellabo.

25

teque adeo eximie taedis felicibus aucte,  
Thessaliae columnen Peleu, cui Iuppiter ipse,  
ipse suos diuum genitor concessit amores.  
tene Thetis tenuit pulcerrima Neptunine?  
tene suam Tethys concessit ducere neptem,

30

Oceanusque, mari totum qui amplectitur orbem?

22 seculorum *GORB.* seculorum *R* 23 mater al. matre *GRVen:* matre *a* *Schol. Veronens. ad Verg. Aen. v. 80* Catullus Saluete deum gens o bona matrum Progenies saluete iter—*dein spatium quinquaginta fere litterarum* tuum genus, o bona mater *Badham:* o bona matrum Progenies saluete iterum *primus huc reuocauit Franc. Orioli 1822*

24 uos] post *Bergk*

25 tedis *O:* tethis *A:* thetis  $\Omega$

28 neptunnine *corr. D, Riccardianus 2242:* neptine *BLa*<sup>1</sup>: nectine al. neptine *G:* nectine *OAC:* nectine *marg.* neptine al. neutūne al. neptimine (*et hoc quidem recentius*) *R:* Nereine *Haupt:* Nerinarum *Sam. Allen*

29 thetis  $\Omega$

quae simul optato finitae tempore luces  
aduenere, domum conuentu tota frequentat  
Thessalia, oppletur laetanti regia coetu:  
dona ferunt prae se, declarant gaudia uultu.

35

deseritur Scyros, linquunt Phthiotica Tempe,  
Crannonisque domos ac moenia Larisaea,  
Pharsaliam coeunt, Pharsalia tecta frequentant.  
rura colit nemo, mollescunt colla iuuencis,  
non humilis curuis purgatur uinea rastris,

40

non glebam prono conuellit uomere taurus,  
non falx attenuat frondatorum arboris umbram,  
squalida desertis rubigo infertur aratris.  
ipsius at sedes, quacumque opulenta recessit  
regia, fulgenti splendent auro atque argento.

31 optato finite *O:* optato (-ta *D m. pr.:* -tae *a*) finito *cett.* 32 aduenere *ap:* ad (at *B*, al *AC*) lenire  $\Omega$  34 prae se *cum* declarant *iungebat Doering*

35 sciros *AC:* schyros *B:* sy(si *O*)ros *GORVenLa*<sup>1</sup>: Cieros *Meineke* tempe non Tempe *Meineke*

**36** Crannonisque *Victorius*: Graiunonisque *G*: Grauinonisque *ORDAC* moenia *L. p*: nicenis (nit. *BLa*<sup>1</sup>) alacris(ss *O*)ea  $\Omega$  **37** Pharsalum *Lachm.*

**43** at *C*: ad  $\Omega$

45

candet ebur soliis, collucent pocula mensae,  
tota domus gaudet regali splendida gaza.  
puluinar uero diuae geniale locatur  
sedibus in mediis, Indo quod dente politum  
tincta tegit roseo conchyli purpura fuco.

50

haec uestis priscis hominum uariata figuris  
heroum mira uirtutes indicat arte.  
namque fluentisono prospectans litore Diae,  
Thesea cedentem celeri cum classe tuetur  
indomitos in corde gerens Ariadna furores,

55

necdum etiam sese quae uisit uisere credit,  
ut pote fallaci quae tum primum excita somno  
desertam in sola miseram se cernat harena.  
immemor at iuuenis fugiens pellit uada remis,  
irrita uentosae linquens promissa procellae.

**46** gazza *B*

**48** aedibus *Al. Guarinus*

**52** lit(t)ora *RBLa*<sup>1</sup>: litora (*suprascr. e*)*Ven* di(y)a  $\Omega$  **54** adriana  $\Omega$  **55** sese quae uisit uisere  
credit *Voss*: seseque sui tui se credit *GOBLa*<sup>1</sup>*D*: seseque sui qui (*suprascr. t*) se credidit *C*: seseque  
sui /// se credi /// //// *R marg. al. terni* **56** tunc *O*

60

quem procul ex alga maestis Minois ocellis,  
saxea ut effigies bacchantis, prospicit, eheu,  
prospicit et magnis curarum fluctuat undis,  
non flauo retinens subtilem uertice mitram,  
non contacta leui uelatum pectus amictu,

65

non tereti strophio lactentis uincta papillas,  
omnia quae toto delapsa e corpore passim  
ipsius ante pedes fluctus salis alludebant.

**61** bachantis *GOR* eheu *Bergk*: heue  $\Omega$ : heie *Bod. Lat. Class. e. 15*: euhoe *Lachm.* **62** Inter  
et magnis rasura est in *G* Pro et compendium est in *O* quo plerumque significatur con

**64** contenta *O et Phil., idemque coni. Balth. Venator* nudatum *Schwabe*: laniatum *Owen*:  
uiolatum *Haverfield* **65** lactentis  $\Omega$ : lactantis *cod. peruetustus Cauensi. Isidori Originum XIX. 33,*

*a quo hic u. Cinnae tribuitur* citta *Cauensis, h.e. cincta* 66 delapsa e C: delapse O: delapso e  
*RBVen: delapso GLa<sup>1</sup>D* 67 adl. O: allidebant *Landor*

sed neque tum mitrae neque tum fluitantis amictus  
illa uicem curans toto ex te pectore, Theseu,

70

toto animo, tota pendebat perdita mente.  
a misera, assiduis quam luctibus externauit  
spinosas Erycina serens in pectore curas,  
illa tempestate, ferox quo ex tempore Theseus  
egressus curuis e litoribus Piraei

75

attigit iniusti regis Cortinia tecta.  
nam perhibent olim crudeli peste coactam  
Androgeoneae poenas exsoluere caedis  
electos iuuenes simul et decus innuptarum  
Cecropiam solitam esse dapem dare Minotauro.

68 si neque Ω tamen (tñ) *pro tum bis O* 69 te om. O

71 a *Can. Lat. 33 et codices Nonii p. 108: ah GRVen: ha O* 72 ferens a, *Bod. Lat. Class. e. 15 et Nonii codices* 73 feroxque et tempore Ω: illa ex t. ferox quo tempore *Baehrens* 75 inusi ed.

*Trinc.: inuisi Heinsius* tecta *Ricc. 2242, Ritschl: tempta GORVenBLa<sup>1</sup>: tenta AD: templa ap, Scaliger: fort. septa*

77 cum androgeanee (-genae B: -geane O) Ω exsol. BO: exol. *GRVen*

80

quis angusta malis cum moenia uexarentur,  
ipse suum Theseus pro caris corpus Athenis  
proicere optauit potius quam talia Cretam  
funera Cecropiae nec funera portarentur.  
atque ita naue leui nitens ac lenibus auris

85

magnanimum ad Minoa uenit sedesque superbas.  
hunc simul ac cupido conspexit lumine uirgo  
regia, quam suauis expirans castus odores  
lectulus in molli complexu matris alebat,  
quales Eurotae progignunt flumina myrtus,

90

auraue distinctos educit uerna colores,  
non prius ex illo flagrantia declinauit  
lumina, quam cuncto concepit corpore flammam  
funditus atque imis exarsit tota medullis.

80 menia *CRVen: inoenia G: incenia O* uersarentur (*suprascr. x*) B: uersarentur *La* 82 proicere



*C Paris. 7989: prohic. OBLa<sup>1</sup>: proiic. GRVenAa 83 nec funera Ω: ne funera edd. ante Lachm.*  
**87** expirans Ω **88** cōpressu Ven **89** Eurot(a)e Bod. Lat. Class. e. 15 et ed. antiquissima saec. xv:  
europe Ω pergignunt Ω mirtos OB: mirtus al. mirtos R

heu misere exagitans immiti corde furores

95

sancte puer, curis hominum qui gaudia misces,  
quaeque regis Golgos quaeque Idalium frondosum,  
qualibus incensam iactastis mente puellam  
fluctibus, in flauo saepe hospite suspirantem!  
quantos illa tulit languenti corde timores!

100

quanto saepe magis fulgore expalluit auri!  
cum saeuum cupiens contra contendere monstrum  
aut mortem appeteret Theseus aut praemia laudis.  
non ingrata tamen frustra munuscula diuis  
promittens tacito succendit uota labello.

**94** inmiti uel in miti Ω: corda furore Ramler **96** quaeque hp: quod neque O: quique Ω Golgos  
Hermolaus Barbarus, alii Bembo uel Auantio imputant: c(ch O)olc(ch RVen)os Ω

**100** fuluore Ritschl, quod uocabulum de auro usurpatum est a Tiberiano poeta saec. iv (Baehrens  
PLM III. p. 266): lurore Bochart

**102** mōtem R appeteret O sicut maluerat Marcilius: oppeteret Ω: opet. D

**104** suspendit ed. antiquissima saec. xv: suscepit Statius

105

nam uelut in summo quatientem brachia Tauro  
quercum, aut conigeram sudanti cortice pinum,  
indomitus turbo contorquens flamine robur,  
eruit (illa procul radicitus exturbata  
prona cadit, late quaeuiscumque obuia frangens),

110

sic domito saeuum prostrauit corpore Theseus  
nequiquam uanis iactantem cornua uentis.  
inde pedem sospes multa cum laude reflexit  
errabunda regens tenui uestigia filo,  
ne labyrintheis e flexibus egredientem

115

tecti frustraretur inobseruabilis error.

**106** cornigeram Ω fundanti Oh, G m. pr. ut Bonneto uisum est: nutanti Mitscherlich

**107** indomitum D turbo Ω: turben Spengel, ut referretur ad indomitum, cum Seruius ad Aen. vii.  
378 scripserit Catullus hoc turben dicit ut hoc carmen **108** radicibus BLa<sup>1</sup>ha **109** late quaeuis  
cumque conieci in Philologo anni 1890 p. 170 et Class. Review eiusdem anni p. 311, post me

*anno 1895 Vahlen: lateque cum (tum G: tumi D: eum B) eius Ω: lateque et cominus p, uulgo: late qua est impetus Lachm.: lateque comeis obit Munro Distracta uidentur fuisse quae uis cum que, dein locum mutasse quae cum que uis, mox in quae cum/e uis abiisse obuia OBLa<sup>1</sup>h: omnia al. obuia GRVen: omnia ACDA 111 ne quidquam nauis O*

**114** laberinthis *GCD: laberīētheis R: laberinthis O*

sed quid ego a primo digressus carmine plura  
commemorem, ut linquens genitoris filia uultum,  
ut consanguineae complexum, ut denique matris,  
quae misera in nata deperdita lamentata est,

120

omnibus his Thesei dulcem praeoptarit amorem:  
aut ut uecta ratis spumosa ad litora Diae,  
aut ut eam deuincta lumina somno  
liquerit immemori discedens pectore coniunx?

**116** a primo *a: cum primo Ω: in primo h et Carpentoractensis fortasse recte degressus Baehrens*

**119** ingnata *GO: ignata RVenBLa<sup>1</sup>ACD lamentata est Conington (-tur Buecheler): l(a)eta Ω: laetabatur Lachm.: luctabatur Rossbach: lentabatur h.e. morabatur ego: miseram gnatam d. lamentatast Fleischer 120 praeoptarit Statius: portaret Ω: praeoptaret marg. Santeniani 121 ut om. O necta GO 122 deuincta Ω, etiam R antequam mutatus erat: deuicta Santenianus et p: fort. deuincta tenentem uel tenet dum; cf. Cul. 188. Supplerunt placito uel dulci uel tristi Itali, molli Baehrens, leni Palmer. In cod. Carpentoractensi deuicta lumina somno sic scriptum inueni 123 in memori al. nemori G*

saepe illam perhibent ardenti corde furentem

125

clarisonas imo fudisse e pectore uoces,  
ac tum praeruptos tristem conscendere montes,  
unde aciem in pelagi uastos protenderet aestus,  
tum tremuli salis aduersas procurrere in undas  
mollia nudatae tollentem tegmina surae,

130

atque haec extremis maestam dixisse querellis,  
frigidulos udo singultus ore cientem.

‘sicine me patriis auectam, perfide, ab aris,  
perfide, deserto liquisti in litore, Theseu?  
sicine discedens neglecto numine diuum,

135

immemor a deuota domum periuria portas?

**125** e Ω: ex O **126** actum *RO et nunc G: quid prius fuerit non dispexi tristem ap: tristes (-is A) Ω 127 in om. Ω: add. a pret. GOD, non RVen 130 querellis a: querelis GORVen*

**132 et 134** siccine Ω auertam al. auectam *Ven: auertam O, Laur. 33.12, marg. R: num auersam h.e. abreptam? aris Ω: oris hp, Lachm. 133 in om. O*

**134** discendens *G* **135** immemor *ORVen*: inm. *G* a *Luc. Mueller*: ah *GD et R corr.*: ha *O*: ab *BLa<sup>1</sup>AC*: aq̄ al. ab *Ven*

nullane res potuit crudelis flectere mentis  
consilium? tibi nulla fuit clementia praesto,  
immite ut nostri uellet miserescere pectus?  
at non haec quondam nobis promissa dedisti

140

uoce: mihi non haec miserae sperare iubebas,  
sed conubia laeta, sed optatos hymenaeos,  
quae cuncta aerei discerpunt irrita uenti.

**136** nullane *Dah*: nullaue Ω crudeles *Oh* mentes *Oh* **138** miserescere *Calp. 1481*: mirescere *O*: mit(tt *C*)esc(isc *BLa<sup>1</sup>*)ere Ω: mostri u. mitescere p. *Scal.*

**139** nobis] blanda *Oh* **140** uoce mihi nec hec (hoc *BLa<sup>1</sup>A*) misere (*ultima e dubia R*, -ser *A*, -serere *La<sup>1</sup>*) sperare iubebas (iud. *C*, uid. *La<sup>1</sup>A*) Ω non *ed. pr.* miserae uindicauit *Vahlen*: miseram *ed. pr.* exspectare *Froehlich* **141** conub. *BACH*: connub. *GOVen* **142** discerpunt *C*: disserpunt *GRVen*: desserpunt *O*

tum iam nulla uiro iuranti femina credat,  
nulla uiri speret sermones esse fideles;

145

quis dum aliquid cupiens animus praegestit apisci,  
nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt:  
sed simul ac cupidae mentis satiata libido est,  
dicta nihil metuere, nihil periuria curant.

certe ego te in medio uersantem turbine leti

150

eripui, et potius germanum amittere creui,  
quam tibi fallaci supremo in tempore dessem.  
pro quo dilaceranda feris dabor alitibusque  
praeda, neque iniacta tumulabor mortua terra.

**143-148** nulla uiro... curant extant apud *Hieremiam Iudicem de Montagnone p. iiii, 5.2* **143** tum iam Ω: nunc iam *B. Guarinus*: hinc iam *Froehlich* **144** fidelis *O* **145** quis (*suprascr.* pro quibus) *G* pregestit apisci *G*, sed rasura est sub litteris re, et spatium ante apisci: p'gestit adipisci *O*: apisci *RVenBLa<sup>1</sup>ACDh* **148** meminere *Czalina*

**151** falaci *G m. pr.*, post addita est minutius scripta <sup>1</sup> d/essem *Ven*: dassem (*suprascr.* e) p: deessem Ω

**153** p'ea (? preea) *O* intacta Ω cumulabor *D m. pr.*

quaenam te genuit sola sub rupe leaena,

155

quod mare conceptum spumantibus exspuit undis,  
quae Syrtis, quae Scylla rapax, quae uasta Carybdis,

talia qui reddis pro dulci praemia uita?  
si tibi non cordi fuerant conubia nostra,  
saeua quod horrebas prisci praecepta parentis,  
160  
at tamen in uestras potuisti ducere sedes,  
quae tibi iucundo famularer serua labore,  
candida permulcens liquidis uestigia lymphis,  
purpureae tuum consternens ueste cubile.  
sed quid ego ignaris nequiquam conquerar aureis,

165  
externata malo, quae nullis sensibus auctae  
nec missas audire queunt nec reddere uoces?  
ille autem prope iam mediis uersatur in undis,  
nec quisquam apparet uacua mortalis in alga.  
sic nimis insultans extremo tempore saeua  
170  
fors etiam nostris inuidit questibus auris.

155 expuit Ω 156 scilla O: silla GRVenLa<sup>1</sup>

158 conub BAC: connub. GORVen 160 nostras O 163 sequitur 160 in O

164 sed] si O nec quicquam GORBC conquerar Ω: conqueror p aureis Baehrens: aures O:  
auris G ex aures: auris Ω 165 extern. Oh: exten<sup>r</sup>uata D: extenuata Ω aucte al. to G

Iuppiter omnipotens, utinam ne tempore primo  
Gnosia Cecropiae tetigissent litora puppes,  
indomito nec dira ferens stipendia tauro,  
perfidus in Creta religasset nauita funem,  
175

nec malus hic celans dulci crudelia forma  
consilia, in nostris requiesset sedibus hospes!  
nam quo me referam? quali spe perdita nitor?  
Idomeneosne petam montes? a gurgite lato  
discernens ponti truculentum diuidit aequor.

171 utinam non Macrob. vi. 1.42 174 in creta OD: in certam h et (suprascr. re) C: in cretam cett.  
175 haec O 176 consilia in ed. Parm. 1473: cons(-sci R)ilium Ω nostris om. O requiesset ed.  
Parm.: requisisset (suprascr. r) G: requisisset Ω

177 nitar ap

178 Idomeneosne Contr. de Allio: y(i Ven)doneos ne al. idmoneos GRVen: idoneos ne OBLa<sup>1</sup>:  
Idomeneusne Lachm. ex Il. xiii. 424 Ἰδομενεῦς δ' οὐ λῆγε μένος μέγα: Idaeos Vahlen tamquam  
Ideos (suprascr. mons) in archetypo fuerit a Ω: at Muretus: fort. an 179 ponti O: pontum Ω  
ubi diuidit Ω Lachm.

an patris auxilium sperem? quemne ipsa reliqui  
respersum iuuenem fraterna caede secuta?  
coniugis an fido consoler memet amore?  
quine fugit lentos incuruans gurgite remos?  
praeterea nullo litus, sola insula, tecto,

185

nec patet egressus pelagi cingentibus undis:  
nulla fugae ratio, nulla spes: omnia muta,  
omnia sunt deserta, ostentant omnia letum.  
non tamen ante mihi languescent lumina morte,  
nec prius a fesso secedent corpore sensus,

190

quam iustam a diuis exposcam prodita multam,  
caelestumque fidem postrema comprecser hora.

**180** impatris *O: an patris cett. sed in G fuerat in, ut Bonneto uisum est* quem ne *GORVen: quem*  
ue *BLa<sup>1</sup>AC*

**182** consoles me manet *O*

**183** qui ne *O: qui me Ah: quie GRVenBLa<sup>1</sup>D* lentos *Oh Carp.: uentos cett.: num uentoso?*

**184** litus] colitur *Palmer* **185** patet *GOD: pater RVenBLa<sup>1</sup>AC* **186** fort. nullast

**190** multam *L. Mueller: muletam O: mulctam Ω* **191** comprecser *ap: comprecor Ω*

quare facta uirum multantes uindice poena,  
Eumenides, quibus anguino redimita capillo  
frons expirantis praeportat pectoris iras,

195

huc huc aduentate, meas audite querellas,  
quas ego, uae miserae, extremis proferre medullis  
cogor inops, ardens, amenti caeca furore.  
quae quoniam uerae nascuntur pectore ab imo,  
uos nolite pati nostrum uanescere luctum,

200

sed quali solam Theseus me mente reliquit,  
tali mente, deae, funestet seque suosque.’  
has postquam maesto profudit pectore uoces,  
supplicium saeuis exposcens anxia factis,  
annuit inuicto caelestum numine rector.

**193** anguino *Ω* **194** exp. *Ω* **195** post aduentate *rasura est duarum litterarum in G fueratne*  
pias? querellas *OBAa: querelas GRVen* **196** miserae *D: misera Ω, Bentley*

**198** uere *GOVen* **200** qualis sola *Ω: corr. ap* **201** fimestet *G m. pr. ut uidetur*

**204** inuicto *B, Auantius: inuito Ω: in uoto D*

quo motu tellus atque horrida contremuerunt  
aequora concussitque micantia sidera mundus.  
ipse autem caeca mentem caligine Theseus  
consitus oblito dimisit pectore cuncta,  
quae mandata prius constanti mente tenebat,

210

dulcia nec maesto sustollens signa parenti  
sospitem Erechtheum se ostendit uisere portum.  
namque ferunt olim, classi cum moenia diuae  
linquentem natum uentis concrederet Aegeus,  
talìa complexum iuueni mandata dedisse.

**205** quō tunc *OR*: qñ tunc *G ut uisum est Claudio D. Cobham*: quo tunc *BLa*<sup>1</sup>: quomodo tunc  
*ACVen*: quo motu *Heyse*: quo moto *Fleischer*: quo nutu et *Fea* contrumuerē *D*: contremuere  
*Rosbach*

**207** mente  $\Omega$ : num mentis? **211** sospitem erectum (err. *B nondum correctus*) *B, Laurentiani, Carp.*: s. ereptum *cett.*: Erectheum *Voss*

**212** classi *codices praeter A et Santenianum*: classem *A Sant.* moenico  $\Omega$  **213** gnatum  $\Omega$   
concred. *Auantius*: cum cred.  $\Omega$  egens *GO* **214** complexo *AD Sant.*

215

‘nate mihi longa iucundior unice uita,  
nate, ego quem in dubios cogor dimittere casus,  
reddite in extrema nuper mihi fine senectae,  
quandoquidem fortuna mea ac tua feruida uirtus  
eripit inuito mihi te, cui languida nondum

220

lumina sunt nati cara saturata figura,  
non ego te gaudens laetanti pectore mittam,  
nec te ferre sinam fortunae signa secundae,  
sed primum multas expromam mente querellas,  
canitiem terra atque infuso puluere foedans,

225

inde infecta uago suspendam lintea malo,  
nostros ut luctus nostraeque incendia mentis  
carbasus obscurata dicet ferrugine Hibera.

**215** gnat.  $\Omega$  ioc.  $\Omega$  **216** gnat.  $\Omega$  **218** ac] *fort.* haec **219** cui *R super rasuram*: quem al. cui *G*  
**220** gnat.  $\Omega$  **223** querellas *ORBa* **224** infulso *O*: infulso *R fedens* (*suprascr. a*) *R*  
**227** obscurata *GODh, et sic R sed -ṭa punctis notata*: obscura *AC Laurentiani, ap* dicet  $\Omega$ :  
duget *D*: obscurata decet *Lachm.*: obscura signet *Conington*

quod tibi si sancti concesserit incola Itoni,  
quae nostrum genus, has sedes defendere Erechthi

230

annuit, ut tauri respergas sanguine dextram,  
tum uero facito ut memori tibi condita corde  
haec uigeant mandata, nec ulla oblitteret aetas;  
ut simul ac nostros inuisent lumina collis,  
funestam antennae deponant undique uestem,

235

candidaque intorti sustollant uela rudentes,  
quam primum cernens ut laeta gaudia mente  
agnoscam, cum te reducem aetas prospera sistet.'

**228** Itoni *Al. Guarinus: ythomi uel ithomi* Ω **229** has Ω, *Statius: ac ap uulg.* Erechthi  
*Buecheler: freti* Ω **230** annuit *etiam R, sed i super rasuram* **231** tum O: tu Ω **232** oblif/eret  
(obliferet *Ven*) al. oblitteret *GVen* **233** ac *ap: hec* Ω **234** antennae // (*sic*) G: antēnene ne O  
**235** sus(subs G)tolant O, *prius G, post addita est l* *Post 235 Faernus inserebat ex Nonio p. 546*  
*uersum* Lucida qua splendent [summi] carchesia mali *Vide ad Fragm. V* **237** (a)etas Ω: aera D:  
sors *Al. Guarinus: fors ed. Trinc.: freta Froehlich: aestas Palmer* sistet O et plerique: sistenst  
(*sic*) G: sistāt (*suprascripta* <sup>e</sup>) R: sistent *DVen*

haec mandata prius constanti mente tenentem  
Thesea ceu pulsae uentorum flamine nubes

240

aereum niuei montis liquere cacumen.  
at pater, ut summa prospectum ex arce petebat,  
anxia in assiduos absumens lumina fletus,  
cum primum inflati conspexit lintea ueli,  
praecipitem sese scopulorum e uertice iecit,

245

amissum credens immiti Thesea fato.  
sic funesta domus ingressus tecta paterna  
morte ferox Theseus, qualem Minoidi luctum  
obtulerat mente immemori talem ipse recepit.  
quae tamen aspectans cedentem maesta carinam

250

multiplices animo uoluebat saucia curas.

**239** seu *Oah et fortasse G m. pr.* *Post 240 spatium unius uersus est in RBVen, non item in G,*  
*qui tamen primam litteram uersus 241 sic habet scriptam* √At. *In AC Laur. 33.12, et*  
*Santeniano* Fletus Egei

**247** Minoidi *corr. R: Minoi(y BLa<sup>1</sup>D)da* Ω: *fort. in* Minoida

**249** quem G tamen p̄aspectans (prosp. O: prosp. al. asp. *RVen*) *GORVen: tum prospectans h*

at parte ex alia florens uolitabat Iacchus  
cum thiaso Satyrorum et Nysigenis Silenis,  
te quaerens, Ariadna, tuoque incensus amore.

qui tum alacres passim lymphata mente furebant

255

euhoē bacchantes, euhoē capita inflectentes.  
harum pars tecta quatiebant cuspide thyrsos,  
pars e diuulso iactabant membra iuuenco,  
pars sese tortis serpentibus incingebant,  
pars obscura cauis celebrabant orgia cistis,

260

orgia, quae frustra cupiunt audire profani,  
plangebant aliae proceris tympana palmis,  
aut tereti tenuis tinnitus aere ciebant,  
multis raucisonos efflabant cornua bombos  
barbaraque horribili stridebat tibia cantu.

251 parte AC: pater Ω 252 cum] tum O 253 te G, sed fuerat et: et O adriana Ω

254 quae tum Bergk, cui Post 253 uersus excidissee uisus est 255 euhoē... euhoē BLa<sup>1</sup>: euche...  
euche GOVenACD sed in G euche in euohe transiit

256 harum Ω: horum a uulgo 258 om. in textu, habet in marg. D 261 ali(a)e Ω: aliei Lachm.

262 tenais O: tenūis R tintinitus R m. pr.: tintinitus (sic) G: tintīnitus Ven 263 multis ed.

Trinc.: multi Ω efflabant ah: efflebant Ω

265

talibus amplifice uestis decorata figuris  
puluinar complexa suo uelabat amictu.  
quae postquam cupide spectando Thessala pubes  
expleta est, sanctis coepit decedere diuis.  
hic, qualis flatu placidum mare matutino

270

horrificans Zephyrus procliuas incitat undas,  
aurora exoriente uagi sub limina Solis:  
quae tarde primum clementi flamine pulsae  
procedunt, leni et resonant plangore cachinni,  
post uento crescente magis magis increbescunt,

275

purpureaque procul nantes ab luce refulgent:  
sic tum uestibuli linquentis regia tecta  
ad se quisque uago passim pede discedebant.

270 procliuiť (suprascr. s) O h.e. procliuit in procliuis mutatum, ut H. O. Coxe iudicabat; sed nisi  
punctum accederet (ť) suprascr. <sup>s</sup> potius procliuiter poterat esse: procliuas Ω 271 sublimina ah:  
sublimia Ω: sub lumina uulgo 273 leni et resonant scripsi: leuiter sonant Ω nisi quod O habet  
leuiterque sonant: lenique sonant Lennep: leni resonant Lachm. clangore AC Excerpta ex  
ueteribus glossis Pithoeana p. 71 Gothofr. Placor tranquillitas. At Catullus plangor  
274 increbescunt hap 275 ab GORVenACah: a D refulgent ap: refulgens Ω 276 tum hap,



*Lachm.*: tñ̄ (tamen) *O*: tamen al. tibi *GR*, *sed in R n super rasuram est*: tibi *ACDVen*: sic ibi *Haupt*:  
sic tum ibi *Rossbach* 277 at se *Ω*: a se *Da*

quorum post abitum princeps e uertice Pelei  
aduenit Chiron portans siluestria dona:

280

nam quodcumque ferunt campi, quos Thessala magnis  
montibus ora creat, quos propter fluminis undas  
aura parit flores tepidi fecunda Fauoni,  
hos indistinctis plexos tulit ipse corollis,  
quo permulsa domus iucundo risit odore.

278 abitum *ODa*: habitum *Ω* 280 quodcumque *Ω* *sed* quidc. *C*: quoc. *Riccardianus* 2242 *Lachm.*  
campi *Dp*: campis *Ω* 281 quod *D* 282 aurea *OR* parit *Laur.* 33.12, *corr. G*, *hap*: perit uel pit  
*cett.*: aperit *Housman* *sed cf. Ov. A. A. iii. 185* Quot noua terra parit flores, cum uere tepenti Vitis  
agit gemmas 283 interstinctis *Heinsius* curulis al. corollis (-rollos (*suprascr. i*) *B*) *GRBVen*:  
corulis *O* 284 quo *D*: quod *Oa*: quot *Ω* ioc. *Ω*: iucundum *adnotato?* *ed. Muret. Bodleianae*  
(2 *R.* 6.30)

285

confestim Penios adest, uiridantia Tempe,  
Tempe, quae siluae cingunt super impendentes,  
†Minosim† linquens †doris† celebranda choreis,  
non uacuos: namque ille tulit radicitus altas  
fagos ac recto proceras stipite laurus,

290

non sine nutanti platano lentaque sorore  
flammati Phaethontis et aerea cupressu.  
haec circum sedes late contexta locauit,  
uestibulum ut molli uelatum fronde uireret.

285 penios *Laur.* 33.12, *Lachm.*: penies al. os (-ies *suprascr. o RB*) *GRBVen*: penies *OACLa*<sup>1</sup>  
adest ut *Ω*: ut *om. Dah* 287 Minos(ss *C*)im *Ω*: Minosium (*suprascr. im*) *Caesenas*: Minosmi  
*Carp.*: Amosim *D*: Mnemonisin uel Aemonisin *Heinsius*: Naiasin *Haupt*: Meliasin *Peiper*, *Madvig*  
doris *Ω*: cloris *marg. Caesenatis. Emendarunt claris Itali*: doctis *Statius*: hilaris *Unger*: floris  
*Peiper. Fort. Aemonisin l. Chlora c. choreis. Steph. Byz. Αἰμονία ἢ Θετταλία, ἀπὸ Αἴμονος·*  
*Αἴμων δὲ υἱὸς μὲν Χλῶρου τοῦ Πελασγοῦ, πατὴρ δὲ Θεσσαλοῦ, ὡς Ῥιανὸς καὶ ἄλλοι*  
288 non acuos al. nonacrias (os *Ven*) *GRVen*: non ac(acc *O*)uos *ACO*: non uacuos *Bapt. Guarinus*  
290 nutanti *RCVen*: mutanti *O*, *prius G* fletaque *Scaliger* sororum *Ω*: *corr. a* 291 flammati *O*:  
flam(m *Ven*)anti *Ω*

293 uellatum *pr. G, OLa*<sup>1</sup>*a*: uallatum *Baehrens*

post hunc consequitur sollerti corde Prometheus,

295

extenuata gerens ueteris uestigia poenae,  
quam quondam silici restrictus membra catena

persoluit pendens e uerticibus praeruptis.  
inde pater diuum sancta cum coniuge natisque  
aduenit caelo, te solum, Phoebe, relinquens,

300

unigenamque simul cultricem montibus Iri:  
Pelea nam tecum pariter soror aspernata est,  
nec Thetidis taedas uoluit celebrare iugalis.  
qui postquam niueis flexerunt sedibus artus,  
large multiplici constructae sunt dape mensae,

305

cum interea infirmo quatientes corpora motu  
ueridicos Parcae coeperunt edere cantus.

296 quam *Da*: qua Ω

298 diuum *Ven pr. m., Da*: diui *GORBC et corr. Ven*: diu *A* natisque *Da*: gnatisque al. gratis *G*:  
gnatisque *ORLa<sup>1</sup>ACH* 299 aduenit, caelo *Muretus* 300 Iri *scripsi, quae fuit urbs Maliensium*  
*apud quos Apollo et Diana praecipuo honore colebantur*: ydri (idri AC) Ω 301 Pelea *G*: Palea Ω:  
*Pallada Da*

his corpus tremulum complectens undique uestis  
candida purpurea talos incinxerat ora,  
at roseo niueae residebant uertice uittae,

310

aeternumque manus carpebant rite laborem.  
laeua colum molli lana retinebat amictum,  
dextera tum leuiter deducens fila supinis  
formabat digitis, tum prono in pollice torquens  
libratum tereti uersabat turbine fusum,

315

atque ita decerpens aequabat semper opus dens,  
laneaque aridulis haerebant morsa labellis,  
quae prius in leui fuerant exstantia filo:  
ante pedes autem candentis mollia lanae  
uellera uirgati custodibant calathisci.

307 his al. hic *G*: hic *Ven et Laur. 33.12 m. pr.* uestis *Parthenius*: questus Ω: cestus *Orelli*  
308 talos *ed. Iuntina 1503* tuos Ω incinxerat *GD*: inexcinxerat *Bod. Lat. Class. e. 15*:  
intinxerat Ω 309 at roseo niue(a)e (uinee *O*) Ω: at roseae niueo *Al. Guarinus*: ambrosio *Vulpus*  
311 collum *pr. G, Oa* 319 custodibant *ODa*: custodiebant Ω calath(t *Aa*)isti Ω

320

haec tum clarisona pellentes uellera uoce  
taliam diuino fuderunt carmine fata,  
carmine, perfidiae quod post nulla arguet aetas.

O decus eximium magnis uirtutibus augens,  
Emathiae tutamen opis, clarissime nato,

325

accipe, quod laeta tibi pandunt luce sorores,  
ueridicum oraculum: sed uos, quae fata secuntur,  
currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

**320** h(a)ec Ω, quod reuocauit Usener: hae uulgo pendentes (suprascr. ll) Canon. Lat. 33: pectentes Statius: plectentes Hertzberg: pauientes Owen **322** arguit malebat Lachm. Post **322** unius uersus spatium est in RVenBLa<sup>1</sup>Aah, quo scriptum est Epit(h)alamium (-iom B, -ion La<sup>1</sup>, -um RVenAC) thetidis (tethidis Ba) et pelei (pellei a) In GO spatium abest, sed rubris litteris adscriptum est in marg. G Epythalamium thetidis et pelei

**324** tutum marg. tu tamen GRBVen: tutum OLa<sup>1</sup>: tu tamen ACh opus GORVen, sed GRVen in marg. habent opis clarissime Dap: carissime Ω **326** oraculum Dap et Laurentianus 33.12: oraculum Ω

**327** Macrob. S. vi. 1. 41 Catullus: Currite ducenti sub tegmine currite fusi subtegmina (a ex e) O

adueniet tibi iam portans optata maritis  
Hesperus, adueniet fausto cum sidere coniunx,

330

quae tibi flexanimo mentis perfundat amorem,  
languidulosque paret tecum coniungere somnos,  
leuia substernens robusto brachia collo.  
currite ducentes subtegmina, currite, fusi.  
nulla domus tales umquam contexit amores,

335

nullus amor tali coniunxit foedere amantes,  
qualis adest Thetidi, qualis concordia Peleo.  
currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

**330** om. O: flexo animo mentis p. amorem Ω: flexanimum mentis p. amorem Al. Guarinus: flexanimo mentem p. amore Muretus: quae te flexanimo mentis p amore Lachm. **331** sonos Ω **334-337** om. BLa<sup>1</sup>Dap Phil. Eos Lachm. in paginarum ordine non numerauit, Haupt in marg. adscriptos putauit, esse tamen Catulli **334** umquam tales contexit Ω: corr. Ald. I: conexit Lachm.

nascetur uobis expers terroris Achilles,  
hostibus haud tergo, sed forti pectore notus,

340

qui persaepe uago uictor certamine cursus  
flammea praeuertet celeris uestigia ceruae.  
currite ducentes subtegmina, currite, fusi.  
non illi quisquam bello se conferet heros,  
cum Phrygii Teucro manabunt sanguine campi,

345

Troicaque obsidens longinquo moenia bello,  
periuri Pelopis uastabit tertius heres.

currите ducentes subtegmina, currите, fusi.

**339** *delebat Landor* **341** preuertet *p*: preuertit *GRAC Laurentiani*: peruertet (-tit *BVen*) *OahBVen*  
**344** *post sanguine nihil habent Da* teuen *O*: tenen *GAC*: tenen al. teuen *RVen* campi *corr. D*,  
*marg. Santeniani*, *uulg.*: cliuei *Haupt* Phrygiae *T. m. s.* Thebae *uel* Phrygiei *T.* maculabunt *s.*  
Theben *Froehlich* Mihi tenen *superesse uidetur ex eo quod fuerat* tenentem, *quod omissum in*  
*loco suo uersus* **122** *et in marg. adscriptum postea huc migravit*

**347** sub tegmine *R*

illius egregias uirtutes claraque facta  
saepe fatebuntur natorum in funere matres,  
cum incuruo canos soluent a uertice crines,  
putridaque infirmis uariabunt pectora palmis.  
currите ducentes subtegmina, currите, fusi.  
namque uelut densas praecerpens cultor aristas  
sole sub ardenti flauentia demetit arua,

. . . . .

**349** gnatorum  $\Omega$  **350** cum in (*om. A*) ciuium  $\Omega$ : cum in curium *Ambros. H. 46, nisi fallor. Scriba O*  
*quid uoluerit, dubito: post cum primae quinque litterae inciū, sexta ō cui prefixum est <sup>s</sup>, septima*  
*§, h.e. me quidem iudice inciueron§; aliis sexta uisa est o in v mutata: cum in cinerem Dah:*  
soleunt... crimen *O*: soluent... crines  $\Omega$ : cum incultum... crinem *Baehrens*: cum incuruo *conieci in*  
*ed. 1, cum in Ciero ed. 2*

**352** subtegmine *Laur. 33.12 et R pr. m.*

**353-356** *om. R (non Ven), in ima pagina add. manus recentior* **353** praecerpens *Statius*: precern(-  
terri *G m. pr.*, -tern *O*)ens  $\Omega$ : presternens *Phil.* cultor  $\Omega$ ; *id ex glossemate cultro ortum ratus est*  
*Morgenstern*: messor *Oh et marg. Santeniani*  
*Post* **354** uersum excidisse credidit *Voss*

Troiugenum infesto prosternens corpora ferro.  
currите ducentes subtegmina, currите, fusi.  
testis erit magnis uirtutibus unda Scamandri,  
quae passim rapido diffunditur Hellesponto,  
cuius iter caesis angustans corporum aceruis

alta tepefaciet permixta flumina caede.  
currите ducentes subtegmina, currите, fusi.  
denique testis erit morti quoque reddita praeda,  
cum teres excelso coaceruatum aggere bustum  
excipiet niueos percussae uirginis artus.

currите ducentes subtegmina, currите, fusi.

355 prosternens Ω, *etiam G sed hic ex prosternet: prosternet Ohp*

357, 8 *om. in textu, add. in marg. Ven* 357 quamandri Carp.: Camandri Peiper 359 cessis O:  
num caecis? *cf. Ov. M. i. 24. languet certe caede post caesis* 360 lumina *marg. al. flumine G:*  
flumine al. lumina uel flumina Ven

361 sub tegmine (*suprascr. a*) R

362, 3 *om. D, sed habet adscriptos in marg.* 362 dedita Muretus 364 percussae Lachm.

365 sub tegmine (*suprascr. a*) R

nam simul ac fessis dederit fors copiam Achiuis  
urbis Dardaniae Neptunia soluere uincla,  
alta Polyxenia madefient caede sepulcra:  
quae, uelut ancipiti succumbens uictima ferro,

370

proiciet truncum summisso poplite corpus.  
currite ducentes subtegmina, currite, fusi.  
quare agite optatos animi coniungite amores.  
accipiat coniunx felici foedere diuam,  
dedatur cupido iam dudum nupta marito.

375

currite ducentes subtegmina, currite, fusi.

366 simulac *a: simulac̃ hac D: simul hanc uel hāc Ω* 368 madefient *marg. D: madescent Ω:*  
mitescent *Da Lachm.* 370 proiciet *OBVen: proiiciet GR*

371 sub tegmine (*suprascr. a*) R

372 agit<sup>e</sup> R

375 sub tegmine (*suprascr. a.*) R

non illam nutrix orienti luce reuisens  
hesterno collum poterit circumdare filo,  
currite ducentes subtegmina, currite, fusi.  
anxia nec mater discordis maesta puellae  
secubitu caros mittet sperare nepotes.  
currite ducentes subtegmina, currite, fusi.  
talìa praefantes quondam felicia Pelei  
carmina diuino cecinerunt pectore Parcae.  
praesentes namque ante domos inuisere castas

385

heroum, et sese mortali ostendere coetu,  
caelicolae nondum sprete pietate solebant.

377 esterno O: externo *GRVenBLa<sup>1</sup>A* 378 spurium habuit Bergk, uncis inclusit L. Mueller

379-381 *om. O* 380 se cubitu *BRVena* mutet uel mictet prius R

**381** sub tegmina *R*

**383** cecinerunt *Dahp*: cecinere  $\Omega$ : cernere *O*: cecinere e pectore *Baehrens*

**384** domū *B*: num domus? **385** heroum et *Io. Bapt. Sigicellus Bononiensis (1492-1560)*: Nereus  $\Omega$ : Merens *Bod. Lat. Class. e. 15* Post **386** sequitur in *codd. lxxvii. 21* languidior tenera cui (com *Da*) pendens (pedens *GOC*) sicala beta

saepe pater diuum templo in fulgente reuisens,  
annua cum festis uenissent sacra diebus,  
conspexit terra centum procumbere tauros.

390

saepe uagus Liber Parnasi uertice summo  
Thyadas effusis euantis crinibus egit,  
cum Delphi tota certatim ex urbe ruentes  
acciperent laeti diuum fumantibus aris.  
saepe in letifero belli certamine Mauors

395

aut rapidi Tritonis hera aut Ramnusia uirgo  
armatas hominum est praesens hortata cateruas.

**388** cum *h*: dum  $\Omega$  uenissent *Dhp*: uenisset  $\Omega$  **389** prospexit *Da* procumbere *GORVenACDa*:  
procurrere *La<sup>1</sup>hp*: prorumpere *Wakefield* tauros *Ald. I*: currus  $\Omega$  *Lachm*.

**391** Thyadas *G m. pr., RBLa<sup>1</sup>*: Thiadas *OACVen et corr. G* esit *O*: hesit *marg.* egit *h*

**392** certatum *GORVenCh* ruentes *ap*: tuentes  $\Omega$  **393** acciperent *Par. 7989*: acciperet  $\Omega$  lacti  
*Oh Phil., G m. pr.*: lacti (*suprascr. leti*) *R*: lacti d. spumantibus aris *Voss*

**395** ran(rān. *G*)usia  $\Omega$ : ramunsia *O*: Amarunsia *Baehrens, Peiper*

sed postquam tellus scelere est imbuta nefando,  
iustitiamque omnes cupida de mente fugarunt,  
perfudere manus fraterno sanguine fratres,

400

destitit extinctos natus lugere parentes,  
optauit genitor primaevi funera nati,  
liber ut innuptae poteretur flore nouercae,  
ignaro mater substernens se impia nato  
impia non uerita est diuos scelerare parentes,

405

omnia fanda nefanda malo permixta furore  
iustificam nobis mentem auertere deorum.  
quare nec talis dignantur uisere coetus,  
nec se contingi patiuntur lumine claro.

**399** fratres] maṇuṣ fratres *R* **400** natos *GBVen Laurentiani h* **402** uti nuptae *Maehly* poteretur  
*ed. Trinc.*: potiretur  $\Omega$  **404** penates parentes (*sic*) *Can. Lat. 33*: penates *Al. Guarinus*

## LXV

Etsi me assiduo confectum cura dolore  
 seuocat a doctis, Ortale, uirginibus,  
 nec potis est dulcis Musarum expromere fetus  
 mens animi, tantis fluctuat ipsa malis:

5

namque mei nuper Lethaeo in gurgite fratris  
 pallidulum manans alluit unda pedem,  
 Troia Rhoeteo quem subter litore tellus  
 ereptum nostris obterit ex oculis.

**LXV** *Vnius uersus spatium in O AD ORTALEM GRVenC Laur. 33.12: AD ORIENTALVM a*

**1** defectu O: confec(t R)tum al. defectum RVen **2** seuocat *Dap*: sed uacat Ω **3** dulcis musarum *D*:  
 dulcissimus har(u O)um Ω **5** Lethaeo in *scripsi*: loethi O: lethei Ω **7** Troia *B Laurentiani*: Tidia  
 O: Tydia al. troya (-ia G) *VenG*: Lydia al. troia *R*: Ilia *Palmer*

alloquar, audiero numquam loquentem,

10

numquam ego te, uita frater amabilior,  
 aspiciam posthac? at certe semper amabo,  
 semper maesta tua carmina morte tegam,  
 qualia sub densis ramorum concinit umbris  
 Daulias, absumptei fata gemens Itylei.

**9** deficit *marg. RVen*: uersum om. sine interstitio *GORVenBCh Laurentiani*, habent *ADa Bodl. Lat. Class. e. 15*, spurium rati sunt *Statius Scaliger L. Mueller Baehrens Munro Schmidt Palmer*,  
 receperunt tamquam *Catulli Lachmann Haupt Owen Schulze*, uncis incluserunt *Schwabe*  
*Postgate. Ex eo retinuerunt Numquam ego te Munro Palmer*, ceteris mutatis tua loquentem *D*  
 uerba supplent *Aa Bod. Lat. Class. e. 15*, fata *Ambros. D 24*, facta *Voss, Lachm.* te uoce  
 loquentem *Owen. Mihi ex Plin. Epist. II.1* Virginium saudio adloquor teneo scribendum uidetur  
 teneamue **11** at *Da Bod. Lat. Class. e. 15*: aut Ω **12** carmina *Dah Bod. Lat. Class. e. 15*:  
 carmine Ω tegam Ω: canam *D*: num seram? **14** Dauilas *B Laurentiani*: Bauila mox -las *G*:  
 Bauilla O: Baiula al. Dauilas *R* absumptei *scripsi*: assumpta O: assumpti Ω ithilei uel ythilei  
 Ω in *marg. defecit RVen*

15

sed tamen in tantis maeroribus, Ortale, mitto  
 haec expressa tibi carmina Battiadae,  
 ne tua dicta uagis nequiquam credita uentis  
 effluxisse meo forte putes animo.

ut missum sponsi furtiuo munere malum

20

procurrit casto uirginis e gremio,  
quod miserae oblatae molli sub ueste locatum,  
dum aduentu matris prosilit, excutitur:  
atque illud prono praeceps agitur decursu,  
huic manat tristi conscius ore rubor.

**16** bactiade *BLa*<sup>1</sup>: act(c G)iade *GORVenAC* sed in *R* addita est super ac minutius exarata b **17** ne  
quicquam Ω

**19-24** a praegressis seiungebat *Roszbach*

## LXVI

OMNIA qui magni dispexit lumina mundi,  
qui stellarum ortus comperit atque obitus,  
flammeus ut rapidi solis nitor obscuretur,  
ut cedant certis sidera temporibus,

5

ut Triuiam furtim sub Latmia saxa relegans  
dulcis amor giro deuocet aereo:  
idem me ille Conon caelesti numine uidit  
e Beroniceo uertice caesariem  
fulgentem clare, quam multis illa dearum

10

leuia protendens brachia pollicita est,  
qua rex tempestate nouo auctus hymenaeo  
uastatum finis iuerat Assyrios,  
dulcia nocturnae portans uestigia rixae,  
quam de uirgineis gesserat exuuiis.

**LXVI** *Inter LXV, LXVI interstitium non est in codicibus*

**1** dispexit *Calp. 1481*: despexit *codd.* **2** obitus *Da Apul. de deo Socratis 120* qui signorum ortus  
et obitus comperit: bitus *B m. pr.*: habitus Ω **5** sub Latmia *Calp. 1481*: sublamia *Bh et Paris. 7989*:  
sublamina O: sublimia al. sublamia al. sublimina (*suprascr. a*) *RVen*: sublimia *G et plerique*  
*religans* Ω **6** giro *ed. antiquissima saec. xv*: guioclero *GORAC*: guiodero *Ven*: spatium uacuum in  
*D cliuo h fortasse guro*: circo *Froehlich* **7** sqq. *Schol. Arati Phaen. 146* Κόνων δ' ὁ  
μαθηματικὸς Πτολεμαίῳ χαριζόμενος Βερονίκης πλόκαμον ἐξ αὐτοῦ κατηστέρισε· τοῦτο γὰρ  
Καλλίμαχος που φησὶν Ἡδὲ (f. Τῆδε) Κόνων μ' ἔβλεψεν ἐν ἡέρι τὸν Βερονίκης Βόστρυχον ὄν  
τ' ἄρα κείνη πᾶσιν ἔθηκε θεοῖσιν **7** caelesti numine Ω: lumine *Canter*: in lumine *Voss*: in  
culmine *Maehly* **8** ebore niceo Ω cesariem *GOBLa*<sup>1</sup>*Ven* **11** quare ex Ω: *corr. ed. Parm. 1473*  
**12** sic *Da*: uastum finis ierat *Assirios* Ω: deficit *marg. RVen*



estne nouis nuptis odio Venus? idque parentum  
 frustratur falsis gaudia lacrimulis,  
 ubertim thalami quas intra limina fundunt?  
 non, ita me diui, uera gemunt, iuerint.  
 id mea me multis docuit regina querellis

inuisente nouo proelia torua uiro.  
 et tu non orbum luxti deserta cubile,  
 sed fratris cari flebile discidium?

**15, 16** extant apud Hieremiam Iudicem de Montagnone Part iiii. 6. 3 ed. Ven. 1505 **15** atque parentum Frustrantur falsis codd. et Montagnone Emendarunt an quod auentum Munro, an quod amantum Owen, atque maritum Schmidt, Postgate, Palmer anne p, uulgo **16** frustratur cod. unus (Bodl. Misc. 186) Hieremiae Iudicis de Montagnone, unde scripsi idque parentum frustratur salsis Heyse **17** limina Da Lachm.: lumina Ω

**18** diui Dah: diu Ω iuerint ed. antiquissima saec. xv: iuuerint Ω

**19** querellis Aa: querelis GORVen

**21** et al. at GRVen: et OBLa<sup>1</sup>h **22** discid. O: dissid. Ω

cum penitus maestas exedit cura medullas!  
 ut tibi tunc toto pectore sollicitae

sensibus ereptis mens excidit! at te ego certe  
 cognoram a parua uirgine magnanimam.  
 anne bonum oblita es facinus, quo regium adepta es  
 coniugium, quod non fortior ausit alis?  
 sed tum maesta uirum mittens quae uerba locuta es!

Iuppiter, ut tristi lumina saepe manu!

**23** cum] quam Bentley: tum Lachm.

**24** ut ibi G tunc OC Laur. 33.12: nunc al. tunc GRVen sol(l)icitet Ω **25** at te ego ed. Trinc.: at ego GORVenACDa: atque ego BLA<sup>1</sup>h **26** magnanimam Da: -ma Ω Hygin. P. A. ii. 24 Alii dicunt hoc amplius, Ptolemaeum Beronices patrem multitudine hostium perterritum, fuga salutem petisse, filiam autem saepe consuetam insiliisse in equum et reliquam exercitus copiam constituisse et complures hostium interfecisse: pro quo etiam Callimachus eam magnanimam dixit

**27** atne BLA<sup>1</sup> quo Muretus: quam Ω: quom Faernus adepta es Lachm. ed. 1: adeptos O: adeptus Ω: adepta's Lachm. ed. 2 **28** quod non fortior aut sit alis Ω: quo Dah Muretus fortius Muretus ausit P. Nicetti Lucensis aequalis Politiani, quod mihi demonstraui Bywater: assit uidetur legisse scriptor Achillis tragoediae in sapphics p. 30 ed. Pignorianae Mussati operum Nemo tam fortis ualet esse quo non fortior assit

quis te mutauit tantus deus? an quod amantes

non longe a caro corpore abesse uolunt?  
atque ibi me cunctis pro dulci coniuge diuis  
non sine taurino sanguine pollicita es,

35

si reditum tetulisset. is haut in tempore longo  
captam Asiam Aegypti finibus addiderat.  
quis ego pro factis caelesti reddita coetu  
pristina uota nouo munere dissoluo.

inuita, o regina, tuo de uertice cessi,

40

inuita: adiuro teque tuumque caput,  
digna ferat quod siquis inaniter adiurarit:  
sed qui se ferro postulet esse parem?

**31** tantum *a*, Schrader **32** adesse *G*: num abisse? *adnotator Seruii Bodleiani saec. xv ad Aen. ix. 427* Segregari a me noluit dum ab ipso abirem. Vnde est illud Catulli. Amantes non longe a caro corpore ab esse uolunt (*F. Madan*)

**33** me nescio quis *Italorum saec. xv, Bentley* pro *codd.*: fort. prae, quod habet *ed. Trinc.*

**34** taurino *om. O* **35** si] sed *O*: sed al. si *GRBVen* te tulisset *Ω* haut *Conrad. de Allio*: aut *Ω* in] ita *Froehlich*

**40** *Etym. Magn. s. u. Θηλαμών· Εἴρηται γὰρ καὶ θηλυκῶς κάρη ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ, Σήν (codd. ἦν) τε κάρην ὤμοσα σόν τε βίον* **41** adiurarit *h*: adiuraret *Ω*

ille quoque euersus mons est, quem maximum in oris  
progenies Thiae clara superuehitur,

45

cum Medi peperere nouum mare, cumque iuuentus  
per medium classi barbara nauit Athon.  
quid facient crines, cum ferro talia cedant?

Iuppiter, ut Chalybon omne genus pereat,  
et qui principio sub terra quaerere uenas

50

institit ac ferri stringere duritiem!

**43** quem] quae *Oap* maxima *Ω*: maximum *Guarino tribuitur* horis *Ven, non R*: in auris *Weber*

**44** Thiae *Voss, Bentley*: Phitie (*Phyt. GRVena Laur. 33.12*) *Ω*: Thyiae *Conr. de Allio*: Phthiae *Ald. I*

**45** tum *O et G m. pr. ut uidetur* peperere (*uel* rupere) *Itali*: propere *Ω* nisi quod in *C* est propter (*suprascr. ere*): prupere *ed. ant. saec. xv*: pepulere *Statius* cumque *ODah*: atque al. cumque *BRVen*: atque *GLa<sup>1</sup>AC*

**48** *Schol. Ap. Rhod. ii. 373 μέμνηται αὐτῶν καὶ Καλλίμαχος· Χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος Γειόθεν ἀντέλλοντα, κακὸν φυτόν, οἳ μιν ἔφηναν. Idem ad I. 1323* Chalybon *Politianus*:

*c(sc h)elerum Oh*: celitum al. celorum *R et sic sed addito* al. celtum *Ven*: celitum *GLa<sup>1</sup>ACD*

**50** ferri stringere *Heyse*: ferris frin(*fin. O*)gere *Ω*: ferri frangere *Dap et Paris. 7989*

abiunctae paulo ante comae mea fata sorores

lugebant, cum se Memnonis Aethiopis  
unigena impellens nutantibus aera pennis  
obtulit Arsinoes Locridos ales equos,

55

isque per aetherias me tollens abuolat umbras  
et Veneris casto collocat in gremio.  
ipsa suum Zephyritis eo famulum legarat,  
Graia Canopieis incola litoribus.

52 mēnonis *O*: menonis Ω 54 arsinoes *OLa*<sup>1</sup> *Par.* 7989: asineos al. arsinoes *GRVen* Locridos  
*Bentley*: elocridi(ῑ *G*)cos Ω: da(c*la a*)ridos *Da*: gloridos (*suprascr.* c) *Caesenas*: Chloridos  
*Auantius*: Locricos *Statius*, *Nigra*: ales equos (equis *Caes.*) *D et Caesenas*: alis equos Ω: alisecus  
*Statius*, *Nigra* 55 abuolat *scripsi*: auolat *O*: aduolat Ω

56 collocat *OD*: aduolat al. collocat *GRVen*: aduolat *BLa*<sup>1</sup>*AC* 57 z(c *O*)yphiritis Ω: zeph. *Da*  
58 Graia *Lachm.* Canopieis *Auantius*: gratia ca(co *O*)nopicis Ω

hic iuueni Ismario ne solum in limine caeli

60

ex Ariadneis aurea temporibus  
fixa corona foret, sed nos quoque fulgeremus  
deuotae flauī uerticis exuuiae,  
uuidulum a fluctu cedentem ad templa deum me  
sidus in antiquis diua nouum posuit.

65

Virginis et saeui contingens namque Leonis  
lumina, Callisto iuxta Lycaoniam,  
uertor in occasum, tardum dux ante Booten,  
qui uix sero alto mergitur Oceano.

59 hic iuueni (h)ismario *scripsi*: hi (hii *CA Laurentiani*) dii uen ibi (id *C*) uario Ω: hi dii ibi *Dp*,  
*Ambros. H.* 46, *Bonon.* 2744: arduei ibi *Haupt*: inde sibi *Pleitner*: numen ibi *Ritschl*: aduena ibi  
*Conington*: hic lumen *Mowat*: inuida enim *Vahlen*: inuida ibi *Nigra*: inde *Venus Postgate*, quod et  
ipse olim coniecera: hic *Veneri Owen*: hic autem *Kakridis*: limine *p*: numine Ω, nisi quod mumine  
habet *R*: culmine *Peiper* 60 adrianeis Ω 62 Huc refero *Suid. s. u.* Φόβη κόμη, θρίξ.  
[Βόστρυχον] ὅστε (ὅστις *codd.*) φόβης ξανθοτάταις ἐκόμα 63 uuidulum *Paris.* 8233: uiridulum  
*GVenACD*: uindulum *ORBh Laurentiani*: fort. umidulum uel, quod malebat *Woelfflin*, umidulam  
flāma *marg.* templa *R*: num fana? deum me *Da*: decum(a)e Ω

66 calixto *GORVen*: Lycaoniam *Rosbach*: li(y)caonia Ω: Lycaonida *Scal.*: iuncta Lycaoniae  
*Parthenius*: iuncta Lycaonia *Simpson*

sed quamquam me nocte premunt uestigia diuum,

70

lux autem canae Tethyi restituit,  
(pace tua fari hic liceat, Ramnusia uirgo,  
namque egonon ullo uera timore tegam,

nec si me infestis discerpent sidera dictis,  
condita quin ueri pectoris euoluam):

75

non his tam laetor rebus, quam me afore semper,  
afore me a dominae uertice discrucior,  
quicum ego, dum uirgo quondam fuit, omnibus expers  
unguentis, una milia multa bibi.

**70** *marg. deficit RVen autem Dp: aut Ω Tethyi Ald. I restituit Lachm.: theti restituem Ω: fort. lux aufert c. Tethyi restituens 71 parce GO hic omittebat Palmer 72 ullo Oah: nullo Ω 73 si me p: sine Ω discerpent D: diserpent Ω dictis] doctis O: dextris Bentley 74 quin ACDA Laur. 33.12: qui al. quin RVen: qui GOBLa<sup>1</sup>h ueri D: uere Ω nisi quod uere ex uero mutatum est in C euoluam ed. Parm. 1473: euolue Ω Condita qui uere pectoris euoluo Conr. de Allio 75, 6 afore Statius: affore Ω: abfore Dap 77 exspersa Heinsius, Conington: expressa Statius omnibus ex pars Vnguentis Munro (1867) 78 unguentis Ω: unguenti Canon. Lat. 33: unguenti si Lachm. apodosin in u. 79 nunc uos faciens una Ω: uini D surii Auratus fort. omnibus una Exspersa unguentis h.e. una ante alias exspersa omnigenus unguentis*

nunc uos, optato quas iunxit lumine taeda,

80

non post unanimis corpora coniugibus  
tradite nudantes reiecta ueste papillas,  
quin iucunda mihi munera libet onyx,  
uester onyx, casto petitis quae iura cubili.  
sed quae se impuro dedit adulterio,

85

illius a mala dona leuis bibat irrita puluis:  
namque ego ab indignis praemia nulla peto.

**79** *quas Calp. 1481: quem Ω: quem al. quam RVen: quae p Scal.: quom Haupt: quis Harberton, Selections from Greek Anthology, p. 512 80 non post cum unanimis iungebat Harberton, tamquam de maritis dictum qui uxores amare desierunt et sic iam Scal.: non prius Palladius: uno animus Ω: uno animos Da 81 reiecta p: ret(rect. B)ecta Ω: detecta Dh 82 quin Lachm.: quam Ω: qua Bod. Lat. Class. e. 15: quae Harberton. Huc refero quod est in Achillis Tatii Isagoge ad Arati Phaenom. 14 ὁ Καλλίμαχος πρὶν ἀστέρῃ τῷ Βερενίκης ἐπὶ τοῦ πλοκάμου φησιν ὃς ἐξ ἐπὶ ἀ καταφανῶν σύγκειται*

**83** *colitis GOh, marg. Santeniani: petitis Da, Nettleship: queritis RVen CB Laurentiani iure h et Brix. colitis quae iure cubile Bosscha 84 seque se D: sed quae si h Brix. num sed si quae i. se det adulterio? 85 sic Statius: illius amala leuis bibat dona i. p. codd. 86 indignis La<sup>1</sup>Dah: indignatis O: indigetis GAC Laur. 33.12: indigetis al. indignis al. indignatis. RVen*

sed magis, o nuptae, semper concordia uestras  
semper amor sedes incolat assiduus.  
tu uero, regina, tuens cum sidera diuam

90

placabis festis luminibus Venerem,  
sanguinis expertem non †uestris† esse tuum me,  
sed potius largis affice muneribus.  
sidera corruerint utinam! coma regia fiam,  
proximus Hydrochoi fulgeret Oarion!

**87** uestras *p*: nostras Ω

**91** sanguinis Ω: unguinis *Bentley* non uestris esse tuum me Ω: uestri non esse *Bod. Lat. Class. e. 15: fort.* unguinis expertem uestri noli esse tuum me non siris *Lachm.* (siueris *Scal.*): non iusseris *ego in ed. maiore* tuam me *Auantius*: tuei me *Fleischer* **92** large is *Ven: fort.* largeis affice *p*, *Scal.*: effice Ω

**93** corruerint *Lachm.*: cur iterent Ω: cur uerent *cod. Landauianus Nigrae*: corruerent *ego in editione maiore*: cur retinent? iterum *Markland*: sidera cur haerent? utinam *Nigra* **94** Hydrochoi *ed. Pr.*: idrochoi uel id rochoi Ω fulgoret *Baehrens*

## LXVII

### CATVLLVS

O DVLCI iucunda uiro, iucunda parenti,  
salue, teque bona Iuppiter auctet ope,  
ianua, quam Balbo dicunt seruisse benigne  
olim, cum sedes ipse senex tenuit,  
<sup>5</sup>  
quamque ferunt rursus uoto seruisse maligno,  
postquam es porrecto facta marita sene.  
dic age dum nobis, quare mutata feraris  
in dominum ueterem deseruisse fidem.

**LXVII** *Inter LXVI, LXVII interstitium non est in codicibus*

**1** ioc. Ω **5** maligne *Oh, Munro*: nato s. maligne *Froehlich* **6** es *Ald. I*: est Ω marita *Da*:  
marite Ω **7** agedum nobis *Calp. 1481*: age de nobis Ω: age da *Balthazar Venator* **8** ueterem *Oh*  
*Santenianus*: uenerem Ω

### IANVA

Non (ita Caecilio placeam, cui tradita nunc sum)  
<sup>10</sup>  
culpa mea est, quamquam dicitur esse mea,  
nec peccatum a me quisquam pote dicere quicquam:  
†uerum istius populi ianua qui te facit†,  
qui, quacumque aliquid reperitur non bene factum,  
ad me omnes clamant: ianua, culpa tua est.

Non istuc satis est uno te dicere uerbo,  
sed facere ut quiuis sentiat et uideat.

**9** plateam *BRVen* **11** quidq. *O* **12** istius *GORVen* (*sed -uſ RVen*) *Bod. Lat. Class. e. 15*: isti *BCAh Laurentiani*: istis *Da* qui te  $\Omega$ : qui re *Bod. Lat. Class. e. 15* isti populo ianua quidque facit *Doering* (quidque *iam Statius et nuper Vahlen*): qui te *Scal. mutabat in* *Quinte*, *quod recepit Lachm.* uerumst ius populi *Munro*: uerum est os populi ‘ianua,’ *Quinte*, ‘facit,’ *ego in ed. maiore*, *cf. Herond. iii. 47, 8* ἐν γὰρ στόμ’ ἐστὶ τῆς συνοικίης πάσης τοῦ Μητροτίμης ἔργα Κοττάλου ταῦτα

IANVA

Qui possum? nemo quaerit nec scire laborat.

CATVLLVS

Nos uolumus: nobis dicere ne dubita.

IANVA

Primum igitur, uirgo quod fertur tradita nobis,

20

falsum est. non illam uir prior attigerit,  
languidior tenera cui pendens sricula beta  
numquam se mediam sustulit ad tunicam:  
sed pater illius nati uiolasse cubile  
dicitur, et miseram consclerasse domum,

25

siue quod impia mens caeco flagrabat amore,  
seu quod iners sterili semine natus erat,  
ut quaerendum unde unde foret neruosius illud,  
quod posset zonam soluere uirgineam.

**17** quid possum  $\Omega$ : possim *Da*

**18** nobis *Muretus*: uobis  $\Omega$

**20** attigerat *h* **21** *om. O* *Vide ad LXIV. 386* **22** ad *Calpurnius* hanc  $\Omega$ : *fort.* numquam se in  
mediam sustulerat tunicam **23** *gnate Da* **27** *sic Bergk et ante eum Statius, nisi quod hic et pro ut*  
*maluit* et qu(a)erendus unde  $\Omega$ : et qu(a)erendus (-dum *Bod.*) ut unde *Da Bod. Lat. Class. e. 15*: et  
quaerendus is unde *Lachm.*

CATVLLVS

Egregium narras mira pietate parentem,

30

qui ipse sui nati minxerit in gremium.

Atqui non solum hoc se dicit cognitum habere

Brixia Chinae supposita specula,  
flauus quam molli percurrit flumine Mella,  
Brixia Veronae mater amata meae,

35

sed de Postumio et Corneli narrat amore,  
cum quibus illa malum fecit adulterium.

**31-48** in codicibus continuantur sine omni nota distributionis: eos uarie dispertiunt Froehlich, Rossbach, Schwabe, L. Mueller, Baehrens **30** minxerat BLa<sup>1</sup>Da Phil.

**31** sic Da: se dicit om. hoc G: hoc dicit se Oh: se dicit hoc BCA Laurentiani Verus ordo elucet ex Bod. Lat. Class. e. 15 non solum hosce dicit hoc: nam hoc se corrupto in hosce, alterum hoc inlatum est **32** Chinae suppositum specula Ω: Cycnea Zanchius de Orig. Orobiorum Lib. II. p.

47<sup>b</sup>: cyaneae s. speculae Cranstoun supposita Capriolius Chron. de rebus Brixianorum fol. iiii<sup>a</sup>

**33, 34** interpolatos credidit Scipio Maffei, a Brixiano confictos Palmer **33** praecurrit ed. Trinc. et sic Cluuerius Mella] melo O: mello cett. **34** meae] uice a **35** posth. GORVen

dixerit hic aliquis: quid? tu istaec, ianua, nosti?

cui numquam domini limine abesse licet,  
nec populum auscultare, sed hic suffixa tigillo

40

tantum operire soles aut aperire domum?  
saepe illam audiui furtiua uoce loquentem  
solam cum ancillis haec sua flagitia,  
nomine dicentem quos diximus, ut pote quae mi  
speraret nec linguam esse nec auriculam.

45

praeterea addebat quendam, quem dicere nolo  
nomine, ne tollat rubra supercilia.  
longus homo est, magnas cui lites intulit olim  
falsum mendaci uentre puerperium.

**37** hiş (suprascr. c) R quid (quod La<sup>1</sup>) tu istec (iste GO) Ω: qui Ald. I

**39** hic Dap: hec Ω: hoc h et Laur. 33.12

**41** audiui GOD: audiuit RVenACB Laurentiani **42** sola cum (om. Da) conciliis (concillis O) codd.: sola cum aliis al. conciliis Ven: cum ancillis Robortellus ut mihi indicauit Bywater **44** speraret Calpurnius: sperent Oh: sperent GR: speret CDVen

**45** addebant O **46** ne] te GORVenA Laur. 33.12

**47** est om. a et D m. pr. cui] qui codd. **48** mendaci Da: mendacii (-tii BRh) Ω

**LXVIII** *De hoc carmine disserui in ed. maiore pp. 168, 9, idemque nunc etiam sentio de ea re quae praecipue uenit in controuersiam, num unum carmen omnes uersus efficiant, an 1-40 alterum, alterum 41-160. Videntur 1-40 non posse sic disiungi a ceteris ut per se integrum carmen faciant: sunt potius quasi prooemium quoddam quod et arte cohaereat cum 41-160 et iniuria ab his diuellatur.*

QUOD mihi fortuna casuque oppressus acerbo  
 conscriptum hoc lacrimis mittis epistolium,  
 naufragum ut eiectum spumantibus aequoris undis  
 subleuem et a mortis limine restituam,  
 5  
 quem neque sancta Venus molli requiescere somno  
 desertum in lecto caelibe perpetitur,  
 nec ueterum dulci scriptorum carmine Musae  
 oblectant, cum mens anxia peruigilat:  
 id gratum est mihi, me quoniam tibi dicis amicum,  
 10  
 muneraque et Musarum hinc petis et Veneris:  
 sed tibi ne mea sint ignota incommoda, Malli,  
 neu me odisse putes hospitis officium,  
 accipe, quis merse fortunae fluctibus ipse,  
 ne amplius a misero dona beata petas.

*Inter LXVII, LXVIII unius uersus uacuum spatium est in O, in ceteris inscriptum est Ad Mallium (Malium a).*

2 hec *OBL*<sup>1</sup>: huc *Halbertsma* mittis *ODah*: mittit Ω 3 naufragum *Da*: naufragium Ω  
 6 disertum *G* 10 petit *G* 11 incommoda *Dap*: com(m)oda Ω mali *BA*: mali *GOCL*<sup>1</sup>*a*: mali al.  
 maui *RVen*: Mani *Lachm.* 12 seu *G*

15  
 tempore quo primum uestis mihi tradita pura est,  
 iucundum cum aetas florida uer ageret,  
 multa satis lusi: non est dea nescia nostri,  
 quae dulcem curis miscet amaritiem:  
 sed totum hoc studium luctu fraterna mihi mors  
 20  
 abstulit. o misero frater adempte mihi,  
 tu mea tu moriens fregisti commoda, frater,  
 tecum una tota est nostra sepulta domus,  
 omnia tecum una perierunt gaudia nostra,  
 quae tuus in uita dulcis alebat amor.



cuius ego interitu tota de mente fugavi  
haec studia atque omnis delicias animi.

16 om. O 23 uuna Paris. 7989: an urna?

quare, quod scribis Veronae turpe Catullo  
esse, quod hic quisquis de meliore nota  
frigida deserto tepefacit membra cubili,

30

id, Malli, non est turpe, magis miserum est.

ignosces igitur, si, quae mihi luctus ademit,  
haec tibi non tribuo munera, cum nequeo.

nam, quod scriptorum non magna est copia apud me,  
hoc fit, quod Romae uiuimus: illa domus,

35

illa mihi sedes, illic mea carpitur aetas:

huc una ex multis capsula me sequitur.

quod cum ita sit, nolim statuas nos mente maligna

id facere aut animo non satis ingenuo,

quod tibi non utriusque petenti copia posta est:

40

ultro ego deferrem, copia siqua foret.

\*

27-30 *delebat Landor* 27 Catullo (-ulo a) *Da*: Catulle Ω, *quod reuocabat Munro* 28 quiuis  
*Lachm.* 29 tepefaxit *Lachm.* tepefacit Ω: tepefacit al. -factat *RVen* 30 mali Ω, *nisi quod B habet*  
*māli*: manli *hp*: Mani *Lachm.*

32 tum O

37 nolim *codices praeter O*: noli O 38 ingenuo *Ahap et B nondum mutatus*: ingenio *GORVen et*  
*plerique* 39 petiti *Parthenius* posta Ω: facta *Dp*: praesto *Froehlich*: parta *Schwabe*

40 differem *Ga*: differrem Ω

Non possum reticere, deae, qua me Allius in re

iuuerit aut quantis iuuerit officiis,

ne fugiens saeculis obliuiscantibus aetas

illius hoc caeca nocte tegat studium:

45

sed dicam uobis, uos porro dicite multis

milibus et facite haec carta loquatur anus.

. . . . .

notescatque magis mortuus atque magis,

nec tenuem texens sublimis aranea telam

50

in deserto Alli nomine opus faciat.

**41** qua me Allius Scaliger: quam fal(1)ius Ω **42** inuenit... uiuerit O: fouerit potest uideri legisse Agius in *Epicedio Hathumodae* 73, 4 (Poet. Lat. aevi Carolini iii. p. 373 Traube) Vos melius nostis quanto me semper amore, Quantis incolumis fouerit officiis **43** ne Calp. 1481: nec codd. praeter Bp: hec Bp sedis Ω **44** teget Marcilius **46** carta Laur. 33.12: certa al. carta RVen: cerata O: certa GBLa<sup>1</sup>CADp: cera Statius

Post **46** spatium est unius uersus in GRVenBLa<sup>1</sup>ChPhil. cui spatio adscriptum est in marg. GBVen deficit. In O et Laur. 33.12 Post **46** sequitur sine interuallo notescatque magis mortuus atque magis, in ADa omnibus et triuiis uulgetur fabula passim, uersus sine dubio interpolatus et spurius **48** notescamque G Post **49** sequitur in codd. Io(Iu- D)cundum cometas (cum aetas a) florida ut (aut BPhil., uer a) ageret (LXVIII. 16) **50** alli O, sicut Scaliger coniecerat: alii Ven, Paris. 7989: ali GRCA Phil. Laurentiani

nam, mihi quam dederit duplex Amathusia curam,  
scitis, et in quo me corruerit genere,  
cum tantum arderem quantum Trinacria rupes  
lymphaque in Oetaeis Malia Thermopylis,  
<sup>55</sup>  
maesta neque assiduo tabescere pupula fletu  
cessaret tristique imbre madere genae.  
qualis in aerei perlucens uertice montis  
rius muscoso prosilit e lapide,  
qui cum de prona praeceps est ualle uolutus,  
<sup>60</sup>  
per medium densi transit iter populi,  
dulce uiatori lasso in sudore leuamen,  
cum grauis exustos aestus hiulcat agros:  
hic, uelut in nigro iactatis turbine nautis  
lenius aspirans aura secunda uenit  
<sup>65</sup>  
iam prece Pollucis, iam Castoris implorata,  
tale fuit nobis Allius auxilium.

**51** nam] non G anatunsia D **52** torruerit Turnebus: corpuerit Markland **54** eetheis G: oethis BLa<sup>1</sup>RVen: cetheis O malia a: maulia GORVen: manlia Dp **55** pupula scripsi, cf. Calui fr. 11, Lachm. Cum grauis urgenti coniuere pupula somno: num(m)ula Ω: lumina p, uulgo **56** cessaret Da: cessare ne (ue C) Ω

**58** rius Bod. Lat. Class. e. 15 **59** qui R ualde Ω: Alpe Rossbach **60** densi Ω: dens Bod. Lat. Class. e. 15: sensim Haupt: ludens Palmer **61** duce Ω uiatorum O Laur. 33.12: uiatori al. rum RVen basso... leuamus Ω: corr. ed. Parm. 1473: crasso uel salso Baehrens **63** hec O et Paris. 7989 ueluti Reeck **64** lenius hap: leuius Ω **65** implorata hp: implorate Ω: impl(ph Bod.)orante a et Bod. Lat. Class. e. 15: imploratu Lachm.: implorati Heyse: fort. iam uice Pollucis iam Castoris implorata **66** allius (marg. uel manllius) O: malius La<sup>1</sup>: manlius Ω: Manius Lachm.

is clausum lato patefecit limite campum,

isque domum nobis isque dedit dominam,  
ad quam communes exerceremus amores.

70

quo mea se molli candida diua pede  
intulit et trito fulgentem in limine plantam  
innixsa arguta constituit solea.  
coniugis ut quondam flagrans aduenit amore  
Protesilaeam Laudamia domum

75

inceptam frustra, nondum cum sanguine sacro  
hostia caelestis pacificasset heros.  
nil mihi tam ualde placeat, Ramnusia uirgo,  
quod temere inuitis suscipiatur heris.

**67** clausum *O et Paris. 7989:* clasum *C:* classum *GRVenAB Laurentiani:* clussum *Schwabe*

**68** dominae *Froehlich* **69** ad quam  $\Omega$ : ut clam *Schoell*

**72** inixsa *La*<sup>1</sup>: innixsa *B:* inixa *O Paris. 7989* in solea *D:* constitit in s. *Ald. I. edd. ante Lachm.*

**73** amorem  $\Omega$ : amore $\mu$  *R:* corr. *Da* **74** Prothes(tes- *O*)ileam laudomia  $\Omega$ : laod. *ap* **75** inceptam  
*Turnebus:* incepta  $\Omega$  **76** conciliasset *Da*

**77** rāmusia *O:* ranusia  $\Omega$  **78** eris *D*

quam ieiuna pium desideret ara cruorem,

80

docta est amisso Laudamia uiro,  
coniugis ante coacta noui dimittere collum,  
quam ueniens una atque altera rursus hiems  
noctibus in longis audum saturasset amorem,  
posset ut abrupto uiuere coniugio,

85

quod scibant Parcae non longo tempore abisse,  
si miles muros isset ad Iliacos.

**79** desideret *p:* deficeret  $\Omega$  **80** laudomia  $\Omega$ : laod. *ap* uirgo *G (marg. uiro) ORVen (sed hi duo*  
*deleta g) h* **81** noui *ed. Trinc.:* nouit *GOAVen:* uouit *B Laurentiani:* uenit nouit *R, super nouit alia*  
*manu scriptum al. uo:* nouum *Dap* **84** abrepto (*suprascr. u*) *Paris. 7989:* abinnupto *Oh* **85** scirant  
*L. Mueller:* scibat *Lachm.* abesse *ap Munro:* adesse *Santen:* obisse *Baehrens* **86** esset *D solus*

nam tum Helenae raptu primores Argiuorum  
coeperat ad sese Troia ciere uiros,  
Troia (nefas) commune sepulcrum Asiae Europaeque,

90

Troia uirum et uirtutum omnium acerba cinis,  
qualiter et nostro letum miserabile fratri  
attulit. ei misero frater adempte mihi,

ei misero fratri iucundum lumen ademptum,  
tecum una tota est nostra sepulta domus,

95

omnia tecum una perierunt gaudia nostra,  
quae tuus in uita dulcis alebat amor.

**87** cum *O* **90** *Nonius* 198 Cinis feminino apud Caesarem et Catullum et Caluum lectum est, quorum  
uacillat auctoritas **91** qualiter et *scripsi* (et *Cornish*): que uetet (u<sup>ectet</sup> *La*<sup>1</sup> et *B*, sed hic altera t  
*producta in speciem* r) id  $\Omega$ : quae ueter id *ed. Parm.* 1473: quae ueterum id *Heyse*: quae uelut (id  
*Con.*, his *Palm.*) *Conington*, *Eduinus Palmer*: quaene etiam *Heinsius*, *G. Hermann*: quae uel idem  
*Macnaghten* frater *GOLa*<sup>1</sup>*h*: frater al. fratri *BRVen* **92** ei *OD*: hei *cett. praeter a*: heu *a*  
*frateter G*, quod et in *R* fuerat **93-6** tamquam iniuria repetitos ablegarunt *Froehlich*,  
*Hoerschelmann*, *Birt* **93** ei *D*, non *O* adeptum *GORVen*

quem nunc tam longe non inter nota sepulcra  
nec prope cognatos compositum cineris,  
sed Troia obscena, Troia infelice sepultum

100

detinet extremo terra aliena solo.  
ad quam tum properans fertur simul undique pubes  
Graeca penetralis deseruisse focos,  
ne Paris abducta gauisus libera moecha  
otia pacato degeret in thalamo.

**98** cineris  $\Omega$  **99** troya... troya *BLa*<sup>1</sup>*D*

**101** fertur undique  $\Omega$  simul *additum est in ed. antiq. saec. xv* circum malebat *Peiper* lecta  
*Eldik*, *Skutsch* **102** deos *Da* **103** ne *GD*: nec  $\Omega$

105

quo tibi tum casu, pulcerrima Laudamia,  
ereptum est uita dulcius atque anima  
coniugium: tanto te absorbens uertice amoris  
aestus in abruptum detulerat barathrum,  
quale ferunt Grai Pheneum prope Cylleneum

110

siccare emulsa pingue palude solum,  
quod quondam caesis montis fodisse medullis  
audit falsiparens Amphytrioniades,  
tempore quo certa Stymphalia monstra sagitta  
perculit imperio deterioris heri,

115

pluribus ut caeli tereretur ianua diuis,  
Hebe nec longa uirginitate foret.

**105** quo *D*: quod  $\Omega$  tum] cum *G* laudomia  $\Omega$ : laodamia *a* **109** fuerunt *C*: fuerunt *G* pheneum

*Auantius*: peneum Ω **110** siccare *Schrader*: siccari Ω **112** audit *Palmerius*: aldit *D*: aut *a*: audet  
Ω: gaudet *Weise* amphit(yt *GR Laur.* 33.12)rioniadis Ω **114** perculit *ahp*: pertul(II *G*)it Ω  
**115** trerretur *G*: terēretur *R*: terreretur *OLa*<sup>1</sup> **116** Heb'r *O quod interpretari uereor*: Hebe et ne  
*Fleischer*

sed tuus altus amor barathro fuit altior illo,  
qui actutum domitum ferre iugum docuit.  
nam neque tam carum confecto aetate parenti

120

una caput seri nata nepotis alit,  
qui cum diuitiis uix tandem inuentus auitis  
nomen testatas intulit in tabulas,  
impia derisi gentilis gaudia tollens,  
suscitat a cano uolturium capiti:

125

nec tantum niueo gauisa est ulla columbo  
compar, quae multo dicitur improbius  
oscula mordenti semper decerpere rostro,  
quam cum praecipue multiuola est mulier.

**118** actutum domitum *scripsi*: tuum domitum Ω: diuum domitum *Da*: tantum indomitam *Statius*: tunc  
indomitam *Conr. de Allio*: durum domitam *Lachm.*: tamen indomitam *Heyse, Munro*: tum te  
indomitam *Riese*: tandem indomitum *Owen*

**119** neque *Laur.* 33.12, *a*: nec Ω tam *ODhap marg. R* causa Ω **124** scuscitata cano uoltarium  
(uolunt. *B*) capiti Ω suscitāt et *Da* **126** qui *Phil. et Canon. Lat.* 33 **128** quam cum *scripsi*:  
quamquam Ω: quamcumque *Carpentoractensis*: quam quae *ed. Trinc., Voss, uulg.*

sed tu horum magnos uicisti sola furores,

130

ut semel es flauo conciliata uiro.  
aut nihil aut paulo cui tum concedere digna  
lux mea se nostrum contulit in gremium,  
quam circumcursans hinc illinc saepe Cupido  
fulgebat crocina candidus in tunica.

135

quae tamen etsi uno non est contenta Catullo,  
rara uerecundae furta feremus herae,  
ne nimium simus stultorum more molesti.  
saepe etiam Iuno, maxima caelicolum,  
coniugis in culpa flagrantem contudit iram,

140

noscens omniuoli plurima facta Iouis.

**129** tuorum Ω nisi quod tuo est in *A* et fuerat in *Santeniano*: horum om. tu *D* **130** es (est *D*) flauo  
*Da*: efflauo *O*: eflauo Ω

**131** tum *Muretus*: tu Ω **133** huc illuc *Da*

**137** extat in *Compendio Moraliū Notabiliū Hieremiae Iudicis de Montagnone Part. II. Lib. 1, Rubric. 5 ed. Ven. 1505*

**139** contudit iram *Hertzberg*: cot(quot. *GR*, cott. *La*<sup>1</sup>)idiana Ω: continet iram *Santen*: concoquit i. *Lachm.*: condidit i. *Pohl* Post **139** duos uersus excidisce censebat *Statius* **140** facta Ω: furta *Da Lachm. Munr.*

at, quia nec diuis homines componier aequum est,

. . . . .

. . . . .

ingratum tremuli tolle parentis onus.

nec tamen illa mihi dextra deducta paterna

fragrantem Assyrio uenit odore domum,

<sup>145</sup>

sed furtiua dedit mira munuscula nocte,

ipsius ex ipso dempta uiri gremio.

quare illud satis est, si nobis is datur unis

quem lapide illa diem candidiore notat.

**141** at quia *CAD*: atque *GORVenBh Laurentiani*: atqui *p* componier *Calp. 1481*: componere *codd.*

Post **141** *Marcilius censebat non pauca excidisce, idemque Lachm. iudicauit: refragatus est Munro p. 191. In codicibus nullum interstitium est.*

**142** tremuli tolle *codd.*: tremulist illa *Lachm.* **143** dextra *Schwabe*: deastra Ω: de astra (*suprascr. dex*) *a* **144** fragrantem *scripsi*: fla(flan. *B*)grantem Ω: fragrantem *D* **145** rara *Haupt*

**147** is *D*: his *G, Laur. 33.12, RVen sed hic puncto addito* (his): hiis *O* unis Ω: unus *Dap fort.* si nobis is datur unus Quo lapide illa dies c. notat, *h.e.* is unus lapis quo candidiore illa notat dies

**148** diem *ed. Parm. 1473*: dies *codd.*

hoc tibi, quod potui, confectum carmine munus

<sup>150</sup>

pro multis, Alli, redditur officiis,

ne uestrum scabra tangat rubigine nomen

haec atque illa dies atque alia atque alia.

huc addent diui quam plurima, quae Themis olim

antiquis solita est munera ferre piis.

<sup>155</sup>

seitis felices et tu simul et tua uita,

et domus in qua olim lusimus et domina,

et qui principio nobis †terram dedit aufert†,

a quo sunt primo omnia nata bona,

et longe ante omnes mihi quae me carior ipso est,

<sup>160</sup>

lux mea, qua uiua uiuere dulce mihi est.

**149** cf. *Carm. Epigraph. Buecheler* 270.2 et tibi, quod potui; 1040.5 quo possum munere paruo  
quo potui *Muretus* confectum *codd. fort. confictum* **150** Alli *Scaliger*: aliis *codd.* **151** nostrum  
*Dah Ven*

**155** seitis *Baehrens*: sitis *Da*: satis  $\Omega$  **156** et domus in qua lusimus  $\Omega$  ipsa post domus *add. Da*  
*fort. olim* **157** sic  $\Omega$  quod defenderunt *Vahlen scripto* dum qui, *Schmidt* et qui quam primo,  
*Owen* et q. p. n. quae tradidit aufert terram dedit] te transdedit *Scaliger*: rem condidit *ego ed. 1*:  
dextram dedit hospes *ed. 2*: taedam dedit *Baehrens* aufert] auspex *Lipsius*: Anser *Heyse*: Afer  
*Munro* **158** nota *D*: nota (*suprascr. a*) *R* bona *ap*: bono  $\Omega$ : semina nata boni *Peiper* **160** mihi  
dulce est  $\Omega$ : dulce mihi *om. est D*

## LXIX

NOLI admirari, quare tibi femina nulla,  
Rufe, uelit tenerum supposuisse femur,  
non si illam rarae labefactes munere uestis  
aut perluciduli deliciis lapidis.  
<sup>5</sup>  
laedit te quaedam mala fabula, qua tibi fertur  
ualle sub alarum trux habitare caper.  
hunc metuunt omnes: neque mirum: nam mala ualde est  
bestia, nec quicum bella puella cubet.  
quare aut crudelem nasorum interfice pestem,  
<sup>10</sup>  
aut admirari desine cur fugiunt.

**LXIX** IN RVF(F)VM Ω: *spatium unius uersus in O: totum carmen om. D*

**2** rufe Ven: ruffe GORCAha **3** nos illa mare Ω: *corr. Ald. I Orientius Common. I. 557, 8 ed. Bellanger* Quo tibi perlucens habitus qui tegmine raro Offerat ignotis membra tegenda oculis?  
**4** pro luciduli (-oli Laur. 33.12) RVenB Laurentiani **5** qua ADG: quae uel que ORVenCha  
**8** nec qui cum Ba: nec cui cum GORVen h: nec cum qua (qua om. C) AC et Santenianus  
**10** fugiant a

## LXX

NULLI se dicit mulier mea nubere malle  
quam mihi, non si se Iuppiter ipse petat.  
dicit: sed mulier cupido quod dicit amanti,  
in uento et rapida scribere oportet aqua.

**LXX** cum LXIX continuatur in codicibus, nullo spatio relicto

**1** male OLa<sup>1</sup>

**2** iuppiter R: iupiter GOVenCAha **4** in uino Blaydes

## LXXI



Si quoui, Virro, bono sacer introsum obstitit hircus,  
aut si quam merito tarda podagra secat,  
aemulus iste tuus, qui uestrum exercet amorem,  
mirifice est a te nactus utrumque malum.

5

nam quotiens futuit, totiens ulciscitur ambos:  
illam affligit odore, ipse perit podagra.

**LXXI** cum **LXX** continuant codices, nullo spatio relicto

1 Si qua (quo *Laur.* 33.12, qua al. quo *R*) uiro bono sacrorum (sacratorum *O*) obstitit (obstit *D ei R m. pr.*) hircus *codd.*: si quoui Virro *Parthenius*: si quoui iure *Palladius* sacer introsum *scripsi*: sacer alarum *Calp.* 1481 Si quoui iure Bonae sacratorum o. h. *Froehlich*: Si quoui, Vare, bonae sectatorum o. h. *Palmer* 2 quam  $\Omega$ : quem *p*, uulgo: qua *Munro* secat (serat *a*) *Dap*: secunt *O*: secum  $\Omega$  4 a te] fato *Hermann*

## LXXII

DICEBAS quondam solum te nosse Catullum,  
Lesbia, nec prae me uelle tenere Iouem.  
dilexi tum te non tantum ut uulgus amicam,  
sed pater ut natos diligit et generos.

5

nunc te cognoui: quare etsi impensius uror,  
multo mei tamen es uilior et leuior.  
qui potis est? inquis. Quod amantem iniuria talis  
cogit amare magis, sed bene uelle minus.

**LXXII** AD LESBIAM  $\Omega$ : *spatium unius uersus in OD*

2 prime *O*: per me *G* 3 tunc *D*

6 multo” me “ita nec *C unde scripsi* multo mei (*datius est*) tamen es m. ita me nec  $\Omega$

7 quod *D et Santenianus*: quam  $\Omega$  8 *Donatus ad Andr. iv. 3. 3* item Catullus ‘cogit... minus.’

## LXXIII

DESINE de quoquam quisquam bene uelle mereri,  
aut aliquem fieri posse putare pium.  
omnia sunt ingrata, nihil fecisse benigne  
prodest, immo etiam taedet obestque magis;

ut mihi, quem nemo grauius nec acerbius urget,  
quam modo qui me unum atque unicum amicum habuit.

**LXXIII** cum **LXXII** continuant Ω, nullo spatio relicto

1 quisquam Ω: quicquam *Da*

3 Post benigne additum fuerat est ante *Lachm.* qui ad *Lucret.* v. 533 docuit est pro licet usurpatum uerae et germanae latinitatis non esse 4 immo etiam tedet obestque (sic *GOh*, Obstetque *R*, stetque *cett.*) magisque magis *codd.* prodest *ed. Trinc. Guiet Buecheler*; cf. quae de figura etymologica scripsit *Reid* ad *Cic. Sull.* 12 immo etiam taedet, si fit, obestque magis *Lachm.*: Caelei, taedet *Schwabe*: immo taedet obestque et magis atque magis *Postgate* 5 quem a: quae uel que Ω 6 sic O amicum habet *GACD*: a. habet *marg.* habuit *RVen*

## LXXIV

GELLIUS audierat patrum obiurgare solere,  
siquis delicias diceret aut faceret.  
hoc ne ipsi accideret, patrum perdepsuit ipsam  
uxorem et patrum reddidit Harpocratem.

5

quod uoluit fecit: nam, quamuis irrumet ipsum  
nunc patrum, uerbum non faciet patruus.

**LXXIV** cum **LXXIII** continuant Ω, nullo spatio relicto

1 Gellius (*Gellius h*) *Laur.* 33.12 *hp*: Lelius al. Gellius *RVen*: Seliu (*suprascr.* l) O sed *Madano* Ge(l)lius potius uisum est: Lelius *GCDB Laurentiani* solere *Parthenius*: flere Ω

3 perdepsuit *Scal.*: perdespuit Ω

## LXXV

HUC est mens deducta tua, mea Lesbia, culpa,  
atque ita se officio perdidit ipsa suo,  
ut iam nec bene uelle queat tibi, si optima fias,  
nec desistere amare, omnia si facias.

**LXXV** cum **LXXIV** continuant Ω, nullo spatio relicto

1 Huc Ω: hunc *Phil.*: nunc p unde *Scal.* hoc tetrastichon a c. *LXXXVII* per errorem abscissum et cum eo coniungendum putauit hoc modo: Nulla potest mulier tantum se dicere amatam Vere,

quantum a me Lesbia amata mea es. Nulla fides nullo fuit umquam foedere tanta, Quanta in amore meo ex parte reperta mea est. Nunc est mens adducta tua, mea Lesbia, culpa, Atque ita se officio perdidit ipsa suo, Vt iam nec bene uelle queam tibi, si optima fias, Nec desistere amare, omnia si facias. *Scaligerum plerique secuti sunt et Lachm., qui errorem ad transpositas paginas archetypi referebat* deducta Ω: diducta *Lachm.*: adducta p 3 uelle queat tibi *Lachm.*: uelleque tot tibi Ω: uelle queam tibi p ex corr. *Itali ignoti*

## LXXVI

SIQUA recordanti benefacta priora uoluptas  
est homini, cum se cogitat esse pium,  
nec sanctam uiolasse fidem, nec foedere in ullo  
dium ad fallendos numine abusum homines,  
5 multa parata manent in longa aetate, Catulle,  
ex hoc ingrato gaudia amore tibi.  
nam quaecumque homines bene cuiquam aut dicere possunt  
aut facere, haec a te dictaque factaque sunt.  
omnia quae ingratae perierunt credita menti.  
10 quare iam te cur amplius excrucies?  
quin tu animo offirmas atque istinc te ipse reducis,  
et dis inuitis desinis esse miser?

**LXXVI** cum **LXXV** continuant Ω, nullo spatio relicto

3 in ullo p: nullo Ω 4 numine Ω: fort. nomine Cic. *Font. xiv. 30* Iuppiter cuius nomine maiores nostri uinctam testimoniorum fidem esse uoluerunt 5 manent *Laur. 33.12 Dap*: manenti Ω: manentum O: manent tum *Schulze*

9 omniaque Ω

10 iam te cur *Da*: cur te iam Ω: cur curis te amplius *Busche*: cur te iam pluribus e. *Peiper*: cur iam tete a. e. *Housman*

11 qui tu (tui *GO*, tui *R*) animo affirmas (offirmas *GO*) atque instinctoque (-teque *O*) reducis Ω: quin *Laur. 33.12, ap*: atque istinc teque *Heinsius*: itaque (*Scal.*) istinc teque r. *Lachm.*: tuaque istinc teque r. *Froehlich*: teque istinc tute r. *Heyse*: atque istinc te ipse r. *scripsi*, *Ov. Trist. v. 7. 65, Met. ix. 746* 12 des Ω: deis h *Lachm.*

difficile est longum subito deponere amorem.

difficile est, uerum hoc qua lubet efficias:

15

una salus haec est, hoc est tibi peruincendum,

hoc facias, siue id non pote siue pote.

o di, si uestrum est misereri, aut si quibus umquam

extremam iam ipsa in morte tulistis opem,  
me miserum aspiciate et, si uitam puriter egi,

20

eripite hanc pestem perniciemque mihi,  
sei mihi surrepens imos ut torpor in artus  
expulit ex omni pectore laetities.  
non iam illud quaero, contra ut me diligat illa,  
aut, quod non potis est, esse pudica uelit:

25

ipse ualere opto et taetram hunc deponere morbum.  
o di, reddite mi hoc pro pietate mea.

**13** *Extat in Compend. Moral. Notab. Hieremiae Iudicis de Montagnone P. iiii. 5. 11* amicum  
(suprascr. orem) *R*, non *Ven*

**14** *hec O: om. B* quam lubet  $\Omega$  officias *Oh* **15** *hec est hec GO* **16** *hec G* fac(t *R*)ies  
*RVenBCAap*

**18** *extrema (extremo GO, prius R, extrema Ven)* iam ipsam  $\Omega$ : *extremam Dp: extremo uindicauit*  
*Schmidt ex Nep. Hamilc. ii. 3* ipsa in *Ald. I* **21** *sei scripsi: seu*  $\Omega$ : *se Bod. Lat. Class. e. 15:*  
*quae Calp. 1481* torpor *ed. 1473: corpore*  $\Omega$  **22** *delitias letities R*

**23** *contra ut me Da: contra me ut me*  $\Omega$ : *contra me ut Heyse*

**26** *dei GO: dii RVen* mi] mi(c)hi *GO, prius R* pro pietate *Ven: proprietate*  $\Omega$  *Carm.*  
*Epigraph. Buecheler 1141.24* hunc titulum scripsit pro pietate sua

## LXXVII

RUFEE mihi frustra ac nequiquam credite amice  
(frustra? immo magno cum pretio atque malo),  
sicine subrepsti mei, atque intestina perurens  
ei misero eripuisti omnia nostra bona?

5

eripuisti, heu heu nostrae crudele uenenum  
uitae, heu heu nostrae pestis amicitiae.  
sed nunc id doleo, quod purae pura puellae  
suauia comminxit spurca saliuua tua.  
uerum id non impune feres: nam te omnia saecula  
10  
noscent, et qui sis fama loquetur anus.

**LXXVII** AD RVF(F)VM  $\Omega$ : *spatium unius uersus in OD*

**1** *Ruffe*  $\Omega$  nequiquam *Ven m. pr.: ne quicquam GOR et plerique amice Oh: amico*  $\Omega$  *Lachm.*

3 siccinē subrec(rep *OVen Laur.* 33.12)ti mei Ω: subrepsti *Calpurnius* mei *datium reuocauit Lachm.* 4 ei *Lachm.*: si *GOCAh*: sic *Da*: si al. mi *RVen*: mi *B Laurentiani*

5 heripuisti *GA* 5, 6 heu heu *CDaVen*: he heu *G*: heu<sup>heu</sup> *R*: heu *OBLa<sup>1</sup>h* 6 nostre *Oh*: nostro Ω  
pestis *Ald. I.*: pectus Ω heu non uerae pectus a. *Palmer*

7-10 qui in codicibus post **LXXVIII.6** leguntur huc reuocauit *Scaliger*, post **XCI.10** ponebant  
*Conr. de Allio et Bergk* 8 conminxit *Scal.*: connuxit *O*: coniunxit Ω nisi quod conuinxit est in *La<sup>1</sup>*

9 uerum id non *Oh*: uerum non id *G*: id uerum non *cett.* 10 quis *GRCA Laurentiani* fama  
loquetur anus *Calp. 1481*: famuloque tanus (tanus al. tenus *RVen*, canus *G*, tenus *B*) *codd.*

## LXXVIII

GALLUS habet fratres, quorum est lepidissima coniunx  
alterius, lepidus filius alterius.

Gallus homo est bellus: nam dulces iungit amores,  
cum puero ut bello bella puella cubet.

5

Gallus homo est stultus, nec se uidet esse maritum,  
qui patruus patruī monstret adulterium.

**LXXVIII** cum **LXXVII** continuant Ω, nullo spatio relicto

6 patrum a

Post 6 secuntur in codicibus **LXXVII.7-10** sed nunc... loquetur anus, dein **LXXIX** nullo spatio

## LXXIX

LESBIUS est pulcher. quid nī? quem Lesbia malit  
quam te cum tota gente, Catulle, tua.

sed tamen hic pulcher uendat cum gente Catullum,  
si tria natorum suauiā reppererit.

**LXXIX 1** quid nī quem *h et marg. Santeniani*: quid inquam Ω mallit *GRVen a* 2 Catule *R*

4 notorum *O*: not. (*suprascr. a*) *Brixianus*: amatorum *Heinsius*: aratorum *Peiper*: nostrorum *Schoell*  
reppererit *O*: repererit *GRAC Laurentiani*

## LXXX

QUID dicam, Gelli, quare rosea ista labella  
hiberna fiant candidiora niue,  
mane domo cum exis et cum te octaua quiete  
e molli longo suscitāt hora die?

5

nescio quid certe est: an uere fama susurrat  
grandia te medii tenta uorare uiri?  
sic certe est: clamant Victoris rupta miselli  
ilia, et emulso labra notata sero.

**LXXX** AD GELLIVM Ω: *spatium unius uersus in O*

3 domum *Dh* cum exisset cum Ω: *corr. Da* 4 e] te *D*: num de? 6 tenta *Dh Laur. 33.12 Paris.*  
7989: tanta al. tenta *R Ven*: tanta Ω 7 Victoris] num fictoris? *cf. Non. 308* 8 ilia *Palladius*: ilia et  
emulso *Pierius Valerianus et Gabriel Faernus, teste Statio*: ille (illa (suprascr. e) *Ven*) te  
mulso Ω

## LXXXI

NEMONE in tanto potuit populo esse, Iuuenti,  
bellus homo, quem tu diligere inciperes,  
praeterquam iste tuus moribunda ab sede Pisauri  
hospes inaurata pallidior statua,  
5  
qui tibi nunc cordi est, quem tu praeponere nobis  
audes, et nescis quod facinus facias?

**LXXXI** cum **LXXX** continuant Ω, nullo spatio relicto

1 iuuenti *La*<sup>1</sup>: uiuenti Ω: diuuenti *uisus sum legere in Paris. 7989* 3 ab *GOhap*: a *VenCD* 5 qui  
*Calp. 1481*: quid Ω 6 quod *p*: quid Ω Num Quid tibi nunc cordi est? quem tu praeponere nobis  
audes, et nescis quod facinus facias?

## LXXXII

QUINTI, si tibi uis oculos debere Catullum  
aut aliud si quid carius est oculis,  
eripere ei noli, multo quod carius illi  
est oculis seu quid carius est oculis.

**LXXXII** cum **LXXXI** continuant Ω, nullo spatio relicto

**3, 4** om. BLa<sup>1</sup>a

### LXXXIII

LESBIA mi praesente uiro mala plurima dicit:

haec illi fatuo maxima laetitia est.

mule, nihil sentis: si nostri oblita taceret,

sana esset: nunc quod gannit et obloquitur,

5

non solum meminit, sed, quae multo acrior est res,

irata est: hoc est, uritur et loquitur.

**LXXXIII** cum **LXXXII** continuant Ω, nullo spatio relicto

**2** h(a)ec GOR Laur. 33.12 D m. pr.: hoc (suprascr. e) Ven: hoc BLa<sup>1</sup>C Bodl. Lat. Class. e. 15

**3** mule O: mulle Ω Hoc uindicabat Vmpfenbach ex prouerbio Μυλλος παντ' ἀκούει ἐπὶ τῶν

κωφοτητα προσποιουμενων καὶ παντα ἀκουόντων. Cf. etiam quae in libello Quaestiones de

nominibus quae Graecis in prouerbio fuerunt scripsit Wiesenthal p. 42 **4** sanna O: samia al. sana

RVen: samia GACB: salua Palmer quod] num quom? **5** quae] quam C: num qua m. a. e. re h.e.

quae res multo maiorem stimulum ei admouet? **6** hec ORVen a coquitur Dousa filius, Lipsius,

Heinsius

### LXXXIV

CHOMMODA dicebat, si quando commoda uellet

dicere, et insidias Arrius hinsidias,

et tum mirifice sperabat se esse locutum,

cum quantum poterat dixerat hinsidias.

5

credo, sic mater, sic Liber auunculus eius,

sic maternus auus dixerat atque auia.

hoc misso in Syriam requierant omnibus aures:

audibant eadem haec leniter et leuiter,

nec sibi postilla metuebant talia uerba,

10

cum subito affertur nuntius horribilis,

Ionios fluctus, postquam illuc Arrius isset,

iam non Ionios esse, sed Hionios.

**LXXXIV** cum **LXXXIII** continuant Ω, nullo spatio relicto

*Quintil. Inst. Orat. I. 5. 20* H litterae ratio mutata cum temporibus est saepius. Parcissime ea ueteres usi etiam in uocalibus, cum oedos ircosque dicebant, diu deinde seruatum ne consonantibus aspirarent, ut in Graccis et in triumphis: erupit breui tempore nimius usus ut choronae chenturiones praechones adhuc quibusdam inscriptionibus maneant, qua de re Catulli nobile epigramma est  
**1** Chommoda *Calp. 1481*: Com(m)oda Ω **2** arrius *O Laur. 33.12 idemque credo significasse scribam RB*: acrius p insidias he (hee O) *GOR*, sed *R ita ut he post deletum sit*: hinsidias *Politianus an potius hinsidias... insidias? Arrius] fort. Atrius, cf. Caes. B. G. v. 9* **3, 4** post **10** habent Ω, huc reuocauit *Politianus* **4** insidias Ω **5** eius p: eius est Ω: ei est *Da fort. Liber* (auonculus ēīst) *sicut apud Lucretium; uide Cartault La Flexion dans Lucrèce p. 63* **7** hoc *Dah*: hic uel hec Ω *Syriam Parthenius*: Syria (Siria *OBLa*<sup>1</sup>) Ω, nisi quod in G super Syria linea est solito tenuior **8** audiebant Ω: corr. *Dp leniter] leuiter Bod. Lat. Class. e. 15 fort. lēuiter et lēuiter quod ante me coni. Santen* **11** artius *GRVen a Laur. 33.12*: arcus O: arcus *BLa*<sup>1</sup>*ACDh et Bod. Lat. Class. e. 15* **12** hionios p *Politianus*: ionios... ionios Ω

## LXXXV

ODI et amo: quare id faciam, fortasse requiris.  
nescio, sed fieri sentio et excrucior.

**LXXXV** cum **LXXXIV** continuant Ω, nullo spatio relicto

**1** amā (suprascr. o) *RVen* **2** sed] si *Oh*

## LXXXVI

QUINTIA formosa est multis, mihi candida, longa,  
recta est: haec ego sic singula confiteor.  
totum illud formosa nego: nam nulla uenustas,  
nulla in tam magno est corpore mica salis.

5

Lesbia formosa est, quae cum pulcerrima tota est,  
tum omnibus una omnis surripuit Veneres.

**LXXXVI** cum **LXXXV** continuant Ω, nullo spatio relicto

**2** haec ego, si singula, confiteor *Markland* si *Carpentoractensis omisso ego* **6** omnis O: omnes



*G et plerique subrip. ODh Quintil. Inst. Orat. VI. 3. 18* Nam et Cicero omne quod salsum sit ait esse Atticorum, non quia sunt maxime ad risum compositi, et Catullus cum dicit ‘Nulla est in corpore mica salis’ non hoc dicit nihil in corpore eius esse ridiculum

## LXXXVII

NULLA potest mulier tantum se dicere amatam  
uere, quantum a me Lesbia amata mea es.  
nulla fides nullo fuit umquam in foedere tanta,  
quanta in amore tuo ex parte reperta mea est.

**LXXXVII** cum **LXXXVI** continuant Ω, nullo spatio relicto

1 potest] pone G 2 es Scaliger: est Ω 3 nulla] nullo (*suprascr. a*) R nullo] *D Lachm.*: ullo Ω  
in *add. Doering*: om. Ω tanta *Da*: tanto Ω Post 4 *Scal. ponebat LXXV* nunc est mens... omnia  
si facias: *quem plerique secuti sunt*

## LXXXVIII

QUID facit is, Gelli, qui cum matre atque sorore  
prurit et abiectis peruigilat tunicis?  
quid facit is, patrum qui non sinit esse maritum?  
ecquid scis quantum suscipiat sceleris?  
<sup>5</sup>  
suscipit, o Gelli, quantum non ultima Tethys  
nec genitor Nympharum abluit Oceanus:  
nam nihil est quicquam sceleris, quo prodeat ultra,  
non si demisso se ipse uoret capite.

**LXXXVIII** cum **LXXXVII** continuant Ω, nullo spatio relicto

1 faciſ (*suprascr. t*) R furore in sorore correctum R 2 prorurit O: prorui t C: proruit *cett.*: num  
prouit? 3 facis O et *D m. pr* 4 et qui *Da*: ecqui *Lachm.* quantum *GO et corr. R*: tantum *Ven R*  
*m. pr., AB Laurentiani et Bod. Lat. Class. e. 15* 5 tethis *La*<sup>1</sup>*Ven*: thetis *GORC* 6 lympharum *L.*  
*Mueller* occ. Ω

## LXXXIX

GELLIUS est tenuis: quid ni? cui tam bona mater  
tamque ualens uiuat tamque uenusta soror  
tamque bonus patruus tamque omnia plena puellis  
cognatis, quare is desinat esse macer?

5

qui ut nihil attingat, nisi quod fas tangere non est,  
quantumuis quare sit macer inuenies.

**LXXXIX** IN GELLIVM Ω: *spatium unius uersus in O*

1 Tellius O: Bellius D: Mellius *Laur. 33.12* 4 macer *ACVen Paris. 7989: mater GO, R nondum  
mutatus, D, Laur. 33.12, Bod. Lat. Class. e. 15* 6 fit *GORVenC Bod. Lat. Class. e. 15*

## XC

NASCATUR Magus ex Gelli matrisque nefando  
coniugio et discat Persicum aruspicium:  
nam magus ex matre et nato gignatur oportet,  
si uera est Persarum impia religio,

5

natus ut accepto ueneretur carmine diuos  
omentum in flamma pingue liquefaciens.

**XC** cum **LXXXIX** continuant Ω, *nullo spatio relicto*

1, 3 magus *Dap: magnus Ω* 1, 2 nascetur... discet *Richards* 3 gnato Ω 4 religio Ω 5 gnatus Ω:  
gratus *L. Mueller* 6 omentum *D Phil.: quintum O: omne tum Ω: num fomentum?*

## XCI

NON ideo, Gelli, sperabam te mihi fidum  
in misero hoc nostro, hoc perduto amore fore,  
quod te cognossem bene constantemue putarem  
aut posse a turpi mentem inhibere probro;

5

sed neque quod matrem nec germanam esse uidebam  
hanc tibi, cuius me magnus edebat amor.  
et quamuis tecum multo coniungerer usu,  
non satis id causae credideram esse tibi.

tu satis id duxti: tantum tibi gaudium in omni

10

culpa est, in quacumque est aliquid sceleris.

**XCI** cum **XC** continuant Ω, nullo spatio relicto

**3** constantemue *GOh*: constanterue *RVenC Laur. 33.12*: constanterque *BLa<sup>1</sup>Da Phil.* **4** aut posse aut Ω: haud posse a *Dap* mentem *Da*: mente Ω **9** id duxti *Ald. I*: inducti *GORVen*

## XCII

**LESBIA** mi dicit semper male nec tacet umquam  
de me: Lesbia me dispeream nisi amat.  
quo signo? quia sunt totidem mea: deprecor illam  
assidue, uerum dispeream nisi amo.

**XCII** *Huic carmini* IN C(A)ESAREM, qui titulus ex loco suo ante **XCIII** per errorem huc tralatus est, praefigunt Ω: spatium nec in *G* nec *O*, sed in *O* omissa est prima littera uocabuli Lesbia

**1** Esbia *O* mala *B* **2** amat *OD Laur. 33.12* et codices *Gellii*: amo al. amat *BRVen*: amo *GACLa<sup>1</sup>h*  
**3, 4** habent *Oh Ambrosianus I. 67, Carpentoractensis* et codices *Gellii*: om. Ω et *Bod. Lat. Class. e. 15 Lachm.* eos ab *Italys* ex *Gellio* additos fuisse ratus est: alii fuisse in archetypo, sed in plerisque apographis uitio praetermissos, cum archetypon describentis oculi ab amat in u. **2** ad amo in **4** errassent, cuius rei testimonium esse amo in *GACLa<sup>1</sup>h* scriptum. Impressi sunt in ed. 1473 hoc modo cui ego quasi eadem totidem mox deprecor illi κ.τ.λ. **3** quia sunt totidem ea *Oh Ambros. I. 67 Carp.*: quia sin totidem ea *cod. Vaticanus 3452 Gellii*: quas in totidem ea plerique codices *Gellii*: quia sentio idem: nam deprecor illam *Froehlich*: quia sunt itidem mea *Schmidt*  
**4** uero *O Carp.* De hoc epigrammate disseruit *Gellius N. A. VII. 16* cum esset uerbum deprecor doctiuscule positum in Catulli carmine κ.τ.λ.

## XCIII

**NIL** nimium studeo, Caesar, tibi uelle placere,  
nec scire utrum sis albus an ater homo.

**XCIII** cum **XCII** continuant Ω, nullo spatio relicto

**2** nec si ore utrum si saluus an alter homo Ω: Ne (*om. a*) nisi orem *Da* fort. ne scierim. *Quintil. Instit. Orat. XI. I. 38* Negat se magni facere aliquis poetarum utrum Caesar ater an albus homo sit, insania; uerte ut idem Caesar de illo dixerit, arrogantia est. *Hinc, et quod Phaedrus III. 15. 10* posuit niger an albus, licet suspicari *Quintilianum Catulli uerba inuerso ordine* ater an albus

## XCIV

MENTULA moechatur. moechatur mentula certe.  
hoc est quod dicunt, ipsa olera olla legit.

**XCIV** cum **XCIII** continuant Ω, nullo spatio relicto

**1** metula O: M. m., m. mentula? certe *Postgate*. *Plenam interpunctionem ante et post certe statuerunt Scal. Lachm. Haupt* **2** olera ola *Carp*.

## XCV

ZMYRNA mei Cinnae nonam post denique messem  
quam coepta est nonamque edita post hiemem,  
milia cum interea quingenta Hortensius uno

. . . . .

5

Zmyrna cauas Satrachi penitus mittetur ad undas,  
Zmyrnam cana diu saecula peruoluent.  
at Volusi annales Paduam morientur ad ipsam  
et laxas scombris saepe dabunt tunicas.  
parua mei mihi sint cordi monimenta...,

10

at populus tumido gaudeat Antimacho.

**XCV** cum **XCIV** continuant Ω, nullo spatio relicto

**1** Quintil. Inst. Orat. X. 4. 4 Cinnae Zmyrnam nouem annis accepimus scriptam Zmirna *RVenAC*:  
Zinirna *GOB Laurentiani* **2** cepta Ω est post hiemem *add. Owen* **3** Hortensius *codd.*: Hatrianus  
in *Munro* **4** anno *suppleuit Munro*, mense *Heyse*, stans pede *Owen* *Inter 3 et 5 spatium est in*  
*Dp non in Ω* **5, 6** Zinirn. *GOR m. pr., B Laurentiani*: Zmirn. *ACVen* canas Ω: *corr. ha*  
**6** peruoluit Ω **7** Padoam *Rob. Titius, Froehlich*: num Patinam? *cf. Schol. Veron. ad Aen. I. 247*  
**9** monimenta *scripsi*: monum. Ω: *post monumenta in marg. RVen* deest laboris *Dap*: sodalis *Ald.*  
*I*: poetae *Bapt. Guarinus*: Philetæ *Bergk*: Phanoclis *Rosbach*: Phalaeci *Munro*: Catonis *Leo*  
**10** populus ul' tu timido O: timido *a*: eut (*GORVen*) uel ent(h)ima c(h)o Ω

## XCVI

Si quicquam mutis gratum acceptumue sepulcris  
accidere a nostro, Calue, dolore potest,  
quo desiderio ueteres renouamus amores  
atque olim missas flemus amicitias,  
<sup>5</sup>  
certe non tanto mors immatura dolorei'st  
Quintiliae, quantum gaudet amore tuo.

**XCVI** cum **XCV** continuant Ω, nullo spatio relicto

1 et gratum Ω unde muteis scribebat Schwabe: et om. Da 3 que O: quom H. A. Koch, Munro: quei  
Baehrens: quod Gul. Meyer renouamur O si recte interpretor renouam: reuocamus Busche  
4 orco mersas Haupt 5 imm. O Ven doloreist scripsi: dolor est GORVenB Laurentiani: dolore  
est ACa: dolori est Dh 6 Quintile O: Quintile G

## XCVII

Non (ita me di ament) quicquam referre putauī,  
utrumne os an culum olfacerem Aemilio.  
nilo mundius hoc, niloque immundius illud,  
uerum etiam culus mundior et melior:  
<sup>5</sup>  
nam sine dentibus hic: dentis os sesquipedalis,  
gingiuas uero ploxeni habet ueteris,  
praeterea rictum qualem diffissus in aestu  
meientis mulae cunnus habere solet.  
hic futuit multas et se facit esse uenustum,  
<sup>10</sup>  
et non pistrino traditur atque asino?  
quem siqua attingit, non illam posse putemus  
aegroti culum lingere carnificis?

**XCVII** cum **XCVI** continuant Ω, nullo spatio relicto

1 quicquam Dap Laur. 33.12: quicquid al. quicquam BRVen: quicquid GOACh 2 utrumne ed.  
Trinc.: num utrum os an culumne? 3 nilommundius G: nihil omundius O nobisque inmundius  
illud Ω, nisi quod pro nobisque a habet nihloque, D nihilo, O compendium scripturae quod aut  
nihiloque aut nobisque significare potuit, praeterea inmundior illo est in D. Scripseram in ed. 1  
nilo mundius hoc, niloque inmundius illud, h.e. os nihilo mundior res est culo, culus nihilo  
inmundior res est ore: post intellexi Gul. S. Walker idem occupasse in Corpore Poet. Latinorum.

5 *sic Rossbach*: nam sine dentibus est hic (hiñ *suprascr.* c *R*) dentis seseque dedalis Ω: nam sine dentibus est hic dentis hos (os *a*) sexquipedalis (esque p. *a*) *Da*: est. hic *Lachm.*: Est. os *Froehlich*  
6 ploxint *Festus p.* 290 *Ponor*: ploxnio *O*: ploxonio *GRAC Laur.* 33.12: ploximo *Bod. Lat. Class. e.*  
15 *Quintil. I.* 5. 8 Catullus ploxenium circa Padum inuenit 7 diffissus *Statius*: def(f)essus in  
(a)estum Ω aestu *a* 8 meientis *R*: megentis *GO* 9 facit *O Dah*: fecit Ω 10 pristrino *O* 11 si  
quae *O*

## XCVIII

IN te, si in quemquam, dici pote, putide Victi,  
id quod uerbosis dicitur et fatuis.  
ista cum lingua, si usus ueniat tibi, possis  
culos et crepidas lingere carpatinas.  
5  
si nos omnino uis omnes perdere, Victi,  
hiscas: omnino quod cupis efficies.

**XCVIII** cum **XCVII** continuant Ω, nullo spatio relicto

1 inquam quam Ω pote *om.* *O* Vetti *Statius*: Vitti *Haupt* 2-5 *om.* *D* 4 carpatians (pant *O*) *GO*:  
carpatians al. carpatinas *RB* 6 hiscas *Voss*: discas Ω: dicas *p*: deiscas *pro* dehiscas *Hendrickson*

## XCIX

SURRIPUI tibi, dum ludis, mellite Iuuenti,  
suauiolum dulci dulcius ambrosia.  
uerum id non impune tuli: namque amplius horam  
suffixum in summa me meminisse cruce,  
5  
dum tibi me purgo nec possum fletibus ullis  
tantillum uestrae demere saeuitiae.  
nam simul id factum est, multis diluta labella  
guttis abstersisti omnibus articulis,  
ne quicquam nostro contractum ex ore maneret,  
10  
tamquam commictae spurca saliuā lupae.  
praeterea infestum misero me tradere amorī  
non cessasti omnique excruciare modo,  
ut mi ex ambrosia mutatum iam foret illud

suauiolum tristi tristius elleboro.

15

quam quoniam poenam misero proponis amori,  
numquam iam posthac basia surripiam.

**XCIX** cum **XCVIII** continuant Ω, nullo spatio relicto: in *Da* spatum, in quo AD IVVENTIVM

**1** Surripui *Da*: Surmpuit *O fortasse pro surripuit*: Surripuit Ω iuuenti *R*: uiuenti *Paris. 7989 m. pr.* In *GOCVen uix dinoscas iu- an ui- exaratum sit* **2** suauiolum *GORVen et plerique amb(am G)rosio* Ω, *quod defensum ibat Näke ad Diras p. 238* **7** ad pro id *G*: num ac?  
**8** abstersisti *ed. Trinc., Schmidt*: astersiſ *B*: abstersti *O, Auantius*: a(b)stersi Ω **9** ne *Dh*: nec Ω  
**10** cōmicte *G*: conmincte *RVen* **11** infestum misero *B Phil. Carp.*: infesto miserum Ω: num infausto? **13** mihi ex ambros(x *R*)io Ω: *corr. Da* **14** suaui. *Da*: sau. Ω **15, 16** *del. Landor*  
**15** amoris *Postgate*

## C

CAELIUS Aufilenum et Quintius Aufilenam  
flos Veronensum depereunt iuuenum,  
hic fratrem, ille sororem. hoc est, quod dicitur, illud  
fraternum uere dulce sodalicium.

5

qui faueam potius? Caeli, tibi: nam tua nobis  
perfecta †exigitur† unica amicitia,  
cum uesana meas torreret flamma medullas.  
sis felix, Caeli, sis in amore potens.

**C** IN CELIVM ET QVINTIVM *marg. G, Ω: spatum unius uersus in D, non item in O, ubi tamen prima littera uocabuli Celius omissa est*

**1** Ellius *O* Melius *D*: E elius *C* **2** ueron. *GVenDa*: treron. al. ueron. *RB*: treron. *OCLa*<sup>1</sup>  
depereunt *ed. Parm. 1473*: depereret *GOACLa*<sup>1</sup>: depereret al. ant *RBVen* **5** qui *a*: cui Ω  
**6** perspecta *a* †exigitur†] est exigitur est *G*: est (ē *R*) igitur est *ORVenA Laur. 33.12*: est igitur  
*CLa*<sup>1</sup>*a* per facta exhibita est *Lachm.*: perspecta est signis *Froehlich*: perspecta eximie est *H. A. Koch*: perspecta egregie est *Baehrens*: perspecta est igni tum *Palmer*

## CI

MULTAS per gentes et multa per aequora uectus  
aduenio has miseras, frater, ad inferias,  
ut te postremo donarem munere mortis



et mutam nequiquam alloquerer cinerem.

5

quandoquidem fortuna mihi tete abstulit ipsum,  
heu miser indigne frater adempte mihi,  
nunc tamen interea haec prisco quae more parentum  
tradita sunt tristi munere ad inferias,  
accipe fraterno multum manantia fletu.

10

atque in perpetuum, frater, aue atque uale.

**CI** FLETVS DE MORTE (AMORE *D*) FRATRIS *marg. G, R VenADB Laurentiani: spatium in O non est, sed prima littera uocabuli Multas omissa est*

1 Vltas *O* 2 seras *Markland* 4 mutam  $\Omega$ : mutum *D* ne quicquam  $\Omega$  7 hec *Oh*: hoc  $\Omega$   
priscoque  $\Omega$  8 tristi  $\Omega$ : *om. D spatio relicto* munere  $\Omega$ : munera *Dh*: tristis munera *Lachm.*

## CII

Si quicquam tacito commissum est fido ab amico,  
cuius sit penitus nota fides animi,  
meque esse inuenies illorum iure sacratum,  
Corneli, et factum me esse puta Harpocratem.

**CII** cum **CI** continuant  $\Omega$ : *spatium in D, non item in O, ubi tamen prima littera uocabuli Si omissa est*

1 I *O* taciti *Heinsius*: tacite *Munro* ab antiquo *GO*, non *R* 3 Post illorum distinguebat *Munro*  
4 arpocratem  $\Omega$

## CIII

AUT sodes mihi redde decem sestertia, Silo,  
deinde esto quamuis saeuus et indomitus:  
aut, si te numi delectant, desine quaeso  
leno esse atque idem saeuus et indomitus.

**CIII** cum **CII** continuant  $\Omega$ , *nullo spatio relicto*

1 sext.  $\Omega$  2 est o  $\Omega$ : est *O*: es o *D* 3 numi al. mimi *B*: mimi al. numi *R Ven*: mīmi *O*

## CIV

CREDIS me potuisse meae maledicere uitae,  
ambobus mihi quae carior est oculis?  
non potui, nec, si possem, tam perditae amarem:  
sed tu cum Tappone omnia monstra facis.

**CIV** cum **CIII** continuant  $\Omega$ , nullo spatio relicto

1 uitae] Victi uel Vetti Starkie 3 non] nec Doering si om. O perdita O amare  $\Omega$ : corr. Da  
4 caupone Bodl. Lat. Class. e. 15 mostra Ven, D nondum correctus sed tua, Coponi, crimina  
nostra facis Wilkes secutus Vossium

## CV

MENTULA conatur Pipeleium scandere montem:  
Musae furcillis praecipitem eiciunt.

**CV** cum **CIV** continuant  $\Omega$ , nullo spatio relicto

1 pipeleium RC Laurentiani: pipileium GO scandere Da: scindere  $\Omega$  2 furcilis GOBLa<sup>1</sup>

## CVI

CUM puero bello praeconem qui uidet isse,  
quid credat, nisi se uendere discupere?

**CVI** cum **CV** continuant  $\Omega$ , nullo spatio relicto

1 bello Ald. I: obel(l)io  $\Omega$ : fort. Obelli isse Balth. Venator: esse GOh Lachm.: ipse RVen et  
plerique: ire Schwabe qui uidet, esse quid credat Thomas

## CVII

SI quoi quid cupido optantique optigit umquam  
insperanti, hoc est gratum animo proprie.  
quare hoc est gratum †nobis quoque† carius auro

quod te restituis, Lesbia, mi cupido.

5

restituis cupido atque insperanti, ipsa refers te  
nobis. o lucem candidiore nota!  
quis me uno uiuit felicior, aut magis ab dis  
optandum in uita dicere quis poterit?

